



EX LIBRIS
ILLVSTRISSIMI VI. I.,
DN. DAN. LVI OLPHI,
LIB. BAR. de DANCKELMANN,
S. REG. MAI. BORVS. CONSILIARI
STATVS INTIMI, cetera,
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ
TESTAMENTO RELICTIS.





2
RODOLPHI
GOCCLENI,
PHILOSOPHICI
IN ILLVSTRI ACADEMIA
MARPURGENSI
Professoris.

COMMENTARIOLVS

De Ratione Definiendi.

IN VSVM ACADEMIÆ
Marpurgensis.




E NOBILI
FRANCOFVRTO, CVRAN-
TE PALTHENIO.


Anno Christi M. DC.

COPIA
PHILOSOPHIAE
IN PRINCIPALIBUS
ARTIBUS
MAGISTRI
COMMODI
DEKRETI
IN PRINCIPALIBUS
ARTIBUS




RODOLPHVS
GOELENIVS PROFESSOR
PHILOSOPHIÆ IN ACADE-
mia Marpurgensi.

LECTORI SALVTEM.

 **Α**ΝΑΚΕΦΑΛΑΙΩ-
σις, hoc est, summa-
ria repetitio (barbari
recapitulationem dicunt) do-
ctrinæ de definitionibus, cum
à me publice institueretur, a-
nimaduerti eius percipiendæ
auditores avidos; quod intel-
ligerent, & recte definire dif-
ficultate non carere, & opus
esse multorum definitione ad
præcepta Logica perpendere.
Itaq; eam in commentario-
lum meum retuli.

)(2

Hoc vt aliis etiam, qui me nō
audiuerunt, nonnulli esset v-
sui, donec rude & incoatum
perficerem atque expolirem,
in publicum emittere libuit.
Tuum est, humane lector, la-
borem meum qualem qua-
lem æquibonique consulere
Idibus Ianuarij Anno 1600.

HER-

HERMANNI KIRCH-
NERI P. C. C. L. L. L. PRO-
fessoris Marpurgensis.

EPIGRAMMA.

Quid digito scalpis caput? & Dialectice, ro-
dis

Vnguiculum? quo te mētis amurca tra-
hit?

Subsistis? nescisque genus formamq; videre,
Quæ definiri res tibi cuncta queat?

Accipe, quã præfert Lampas Goclenia lucem:
Illa regit dubias ceu cynosura vias.

Cede Ariadna nouo, quod ducit ad omnia, filo:
Filo, quod Logices induperator habet.

(Qualis enim imperij moderãda mole Rodol-
phus:

Sic noster Logices frena Rodolph⁹ agit.)

Quid consulte tremis? quid definire vereris?
Monstrabit Logices induperator iter.

Tuq; times medicas res definire Galene:
Monstrabit Logices induperator iter.

Ne definiri cælum ac natura recuses:
Monstrabit Logices doctor & auctor
iter.

RODOLPHVS GOCLE-
NIVS AD FACILEM LE-
ctorem.

Non tornata satis bene omnia hic sunt,
Vltro confiteor. Mea hac & illa
Incudi vigili labore reddam
Paulo post, mibi vitæque otiumque.
Dum ne defuerit vigorque mentis.
Perfectum nihil est simulque cœptum,
Scire hoc te volui, benigne lector.

I D E M.

*Nil tam difficile est, quam definire rotunde,
Hic studij, hic sane mentis, & artis opus.*

Idem è Iul. Scaligero.

*Ancorarum omnium quibus fluctuans alicuius
mauis sisti potest firmissima est definitio.*

AD RVDOLFVM GOCLE-
nium Philosophorum Antefi-
gnanum, Mele.

NEC cui superba fulget eburneum
Domus lacunar, marmoreo pedem
Dignante frusto, & implicante
Multiplicem seriem columna.
Quam corticarunt aurea tortilem

Ra-

Ramenta : plenis horrea frugibus
Prægnantia ingentemque ditis
Qui numerat cumulum peculii
Nec efferatus limitis hostici
Vastator, inter qui variabilis
Reportat applausus cateruæ
Sanguificis manibus coronam.
Nec æmulator qui popularibus
Infaniendum turget honoribus,
Nec ille, qui fumo depastos
Ad satiem clypeos crepassit,
Felix cluebit. Cur varium induat
Latoa vultum, cur maculas trahat.
Rursusque cur ambagiosa
Sæpe suo minuatur orbe:
Aut proferente sideream facem
Phœbo reuecto luciagara rota,
Noctis ministræ cur minores
Præcipites abeat fauillæ:
Cur & tepescat, qua crepero magis
Incumbit igni, frigidior lebes,
Labroq; ferueat superno
Vix agitatum inhibente fontes
Pinguis que baccæ Palladio latex
Innit liquori cur Acheloio.
Suique parua portione
Tincta, tamen penitus lacunas
Sursum euocatus calx auide bibat,
Modis stupendis: cur tumidum salum,
Spumantis vt costas aëni
Sollicitat furiosus ignis.

Vndosa fluctu littora lubricet
Iam concitato, iam relegat viam
Exasperatum & multiformes
Destituat polypos arena.
Tum quid perennes constituat cauo
Lymphas recessu: quidue adeo vices
Alternet æstas & niualem
Congeriem meditata bruma, &
Millena plura mente sagacior
Rimando quisquis eruit abdita
Naturæ, & ardenti conatu,
Qui venient prohibessit annos
Caliginosam barbariem pati,
Felix cluebit, assimilabilis
Diuis, & æterna fruetur
Per populos memoresque fastos
Fama superstes: quos memorabilem
Inter Rudolfe te potioribus
Virtutibus penna per orbem
Illa vehet metuente solui.
Heroas inter cum capies locum
Premesque magni Scaligeri latus,
Quo præbidente cum stillabit
Purpureo tibi nectar ore.

Io. Trudisus V. I. L. Kal. Dec-
embrib. Anno 1599.
Scribebatur.



RODOLPHIGO

CLENII, PHILOSO-

PHIÆ IN ACADEMIA

Marpurgensi Professoris

celeberrimi,

COMMENTARIOLVS

deratione definiendi,

PARS PRIMA

De instrumentis & modis, qui-
bus inuenitur definitio.

IN omni Quæstione cum do-
cendi sunt homines, fons est toti-
us explicationis vera definitio.

Tres autem sunt Aristoteli viæ
inuestigandi ignotam definitio-
nem seu rationem rei.

Prima per Diuisionem.

Secunda per Resolutionem.

Tertia, quæ specialior & astri-

A

Etior est, per Demonstrationem:
2. poster. analiti.

Nos addimus his viis rationem
venandi definitiones per notatio-
nem seu nominis interpretationē,
aut deriuationem, & per defini-
tionem contrarii.

DE VIA DIVISIONIS.

Via, quæ est per διαίρεσιν, a summo
descendit per intermedia ad infi-
ma vsq;, hoc est, ad speciem defini-
endam.

Itaque hic primo omnium con-
siderandum, in quonam summo
rerum genere res definienda sit.
Deinde per diuisionē ordine pro-
cedendum.

In diuisione videnda duo. Pri-
mum, vt nullam differentiam ac-
cidentalem sumamus, vt quærentes
definitionem hominis, non diuidamus
animal

animal per album & nigrum, aut per
 marem & fœminam, quæ non pertinet
 ad essentiam animalis. Alterum, ut
 nullam differentiam essentialem
 præmittamus, aut superuacuum
 accipiamus.

EXEMPLVM.

INuenienda est hominis definitio, id
 est, oratio, qua declaratur, & quid
 homo sit, & quomodo a ceteris rebus
 omnibus differat. Via inuentionis sic
 est. Homo in quo prædicamento seu
 genere rerum est? *Substantia*. Sed *Ange-
 lus etiam est substantia: quomodo igitur homo
 ab angelo differt?* Diuide genus & repe-
 ries. Substantia igitur est vel Corporea
 vel Incorporea. Angelus incorporea
 substantia est: at homo corporea. Sed
*lapis est etiam substantia corporea, quomodo
 igitur homo a lapide differt?* Diuide rur-
 sum, & videbis. Substantia igitur cor-
 poreae est vel Animata vel Inanimata.
 Lapis inanimatus est: at homo anima-
 tus. Sed *arbores etiam animata sunt: quo-
 modo igitur homo differt ab arboribus?* Di-

uide rursus : Corpus animatum autem est sentiens, aut non sentiens: Arbore non sentiunt: homo sentit. Sed equus etiam sentit, quomodo igitur homo differt ab equo? Diuide rursus: Ea, quæ sentiunt, id est, animalia, aut ratione prædita sunt, aut ratione carent. Equus ratione caret: Homo autem ratione præditus est. Iam quære, sit ne animal aliud, præter hominem, ratione præditum, a quo homo discernendus sit? Nullum reperies. Ratio enim est facultas animæ, qua id, quod ea præditum est, comprehendit vniuersalia. Ea facultas in nullam cadit bestiam. Inuenisti igitur hominis definitionem.

Sic inquirenda ac inuenienda est iustitiæ definitio. Iustitia in quo prædicamento? *Qualitatis*. Iustitia enim est qualitas quædam. Sed calor etiam est qualitas. Verum: sed patibilis, hoc est, sensui passionem inferens. Iustitia autem est habitus, (hoc est, qualitas comparata ex multis actionibus, vel paucis quidem, sed valde validis.) At *palestrica, saltatoria iaculatoria, ars et est habitus*. Ita est. Sed corporis magis: iustitia autem animæ.

Ac

At *scientia etiam est anima*? Sic est: sed intellectus. Iustitia autem est voluntatis. Verum. At *iniustitia etiam est voluntatis habitus*? Verum. Sed est vitium: Iustitia autē est virtus. At *fortitudo et est virtus*? Verum quidem hoc quoque est, sed versans circa eas res, quæ terrorē nobis incutiunt. Iustitia autem circa eas res, quæ alteri sunt tribuendæ. Est ne *ulla alia virtus, quæ circa has res versetur*? Nulla. Differt igitur iustitia hoc obiecto a ceteris virtutibus omnibus: ac proinde inuenisti iustitiæ definitionē, quod iustitia sit virtus suum cuiq; tribuens.

Cicero in Topicis ius ciuile voluit definire, & vt oportuit, cœpit a genere. Dixit n. in principio: *Ius ciuile est æquitas*. Hoc gen^o est. Sed quoniã alia est æquitas Naturalis, alia Cōstituta: & ius ciuile non est æquitas naturalis: Ergo constituta. Verum quia æquitas constituta alia est gentium, alia certæ ciuitatis, & ius ciuile non est æquitas cōstituta gentium: Ergo certæ ciuitatis. Relinquitur igitur. *Ius ciuile esse æquitatē constitutã eorū, qui sunt eiusdem ciuitatis.*

Vide Sophistam Platonis, vbi docetur, *Diuisionis munus esse, sternere viam ad definitionem, & ita debere πορεύεσθαι Diuisionem, vt communibus omnibus rei reseruetis ppria & peculiaris eius natura relinquatur, & additur pulcrum exemplum statim in principio.*

Sic inueniri potest definitio Cœnæ Domini. Hæc in Categoria actionis est. Actio gen⁹ eius est, quod ni restringas, necesse est, te querere diuisionem actionis, in profanam & sacram. Sic Cœna Domini est actio sacra, postea quærenda sunt, quibus cœna hæc a reliquis sacramentis & sacrificiis distinguatur.

II. DE VIA RESOLUTIONIS.

Via, quæ est per resolutionem, contra ascendit ab inferioribus ad superiora. Et ita se habet: cum definiendum est aliquod superius seu genericum, spectandæ sunt definitiones omnium inferiorum eius, in quibus remotis his, quæ sunt propria

propria cuiusque inferioris, oratio, que remanet, communis omnium erit propria definitio illius superioris.

Vel sic

Considerandum est, quid habeant inferiora commune essentialiter cum aliis rebus, quæ non continentur sub superiori definiendo, & quid habeant proprium, quatenus participant ipso superiori, & per quod differant ab aliis, quæ non subiiciuntur illi superiori. Nam oratio, quæ constabit ex his, quæ sunt communia, & ex eo, quod est proprium illorum inferiorum, quatenus participant ipso superiori, erit propria illius superioris definitio: vt, *Esto animal definiendum per hanc viam resolutionis: primum sumatur definitio hominis, quæ est substantia corporea, vivens, sentiens, rationalis, & definitio*

bruti, quæ est substantia corporea, vi-
uens, sentiens, rationis expers: e quibus
definitionibus postea detrahatur, quod
est propriū hominis, rationale, & quod
est proprium bruti, rationis expers, Vel
sic: Considerandum est, quid habeant
commune species animalis cum aliis re-
bus, quæ non sunt animalia, quid item
habeant proprium, quatenus animalia
sunt, per quod differant a non anima-
libus. Et commune quidem est, esse sub-
stantiam corpoream, viuētem seu ani-
matam: proprium autē habere sensum:
Oratio, quæ constituitur tum ex illis
communibus, tum ex hoc proprio, erit
perfecta veraq; animalis definitio.

COMPARATIO HARVM
viarum,

Per viam diuisionis facilius est defi-
nire superiora seu magis vniuersalia, q̄
inferiora seu min⁹ vniuersalia: quia su-
periora prius occurrunt, & quia per diuisionē
a summis descenditur ad infima, & definitio
supe-

superiorum paucioribus rebus absoluitur.

At per viā ἀναλύσεως, id est, resolutionis ascendens ab imis ad summa facilius est definire minus vniuersale, quam magis vniuersale, tum quia per hanc viam definitio superioris colligitur ex definitionibus inferiorum ante cognitis, tum etiā, quia multo plura, & magis diuersa inter se subiiciuntur magis vniuersali, quam minus vniuersali: propter quā varietatē accidit, ut sub magis vniuersalibus lateāt homonymiæ, quæ in speciebus, seu minus communibus sunt euidētiōres.

III. DE VIA PER DEMONSTRATIONEM.

Via, quæ est per ἀπόδειξιν seu demonstrationē διότι¹ conducit ad definitiones accidētium, (non substantiarum, quod præter alios Aristotelis interpretes melioris notæ probat Zabarella 3. de method. 17.) Nā in demonstratione illa, mediū, seu argumētū cōtinet ppriā causam eius accidētis, q̄ demonstratur seu ppbatur. Itaque si medio addatur eiuldē accidētis

definitio quasi essentialis, (*quæ con-
tinet genus accidentis & propriū eius
subiectum*), hinc paululum cōmu-
tata verborum formula medium
cum tali adiunctione euadet per-
fecta definitio caussalis illius acci-
dentis.

EXEMPLVM.

Demonstratur, Eclipsin accidere
Lunæ propter interpositionem terræ
inter ipsam & solem. Hic Luna subie-
ctum est. Eclipsis adiūctum. Medium
seu caussa, propter quā Luna patitur
Eclipsin, est *terra interpositio*. Iam si quis
ad hanc caussam assumat definitionem
essentialē seu nominalē Eclipsos, quæ
est *privatio luminis in Luna*, ex his cōfici-
et perfectū Eclipsos proprie dictę de-
finitionem, quæ complectitur essenti-
alem & causalem: *quæ est defectus lumi-
nis (solaris) in Luna ob interpositionē terræ
diametralem*. Hæc definitio solo situ
terminorum differt a perfecta defini-
tione.

Demon-

Demonstratio est, Quicquid qualitatem ex collisione duorum in aere solidorum corporum excitatam auribus recipit per medium $\delta\mu\chi\epsilon\varsigma$, ita ut aer membranis aurium inclusus ab exteriori aere impellatur, illud sonos percipit seu efficit, ut res, quae facultate auditur, (id est, quae audiri potest) actu audiatur.

At omne animal, quatenus audiendi sensu praeditum est, percipit auribus qualitatem e collisione duorum in aere solidorum corporum excitatam, ita ut qualitas illa per medium $\delta\mu\chi\epsilon\varsigma$ in aures delata, & aer exterior interiori aeri in membranis aurium afficiat.

Omne igitur animal, quatenus audiendi sensu praeditum est, sonos percipit. (Memineris autem hic intelligi habilitatem & $\delta\upsilon\upsilon\alpha\mu\upsilon$ sonos percipiendi, non actum.)

Ex hac demonstratione quaeritur, & fit definitio $\delta\mu\epsilon\lambda\epsilon\varsigma$ & proprii $\pi\acute{\alpha}\delta\upsilon\varsigma$, nimirum SONI. Qualitas e collisione duorum in aere solidorum corporum excitata, quam audiendi sensu praeditum per medium $\delta\mu\chi\epsilon\varsigma$ auribus recipit, dum aer membranis aurium inclusus ab exteriori aere impulsione violenta

412 RODOLPH. GOELEN.

concitato afficitur. Definitio est ἐν ἑσῶσι
ῥεῶς subiecti & causa propria.

Quæstio est, *An omne animal sentiat?*
Affirmatur necessaria & proxima
causa, quia habet vim species rerum appre-
hendentem. Hinc fit Syllogismus demō-
stratiuus:

*Quicquid habet vim species rerū sensiliū
apprehendentem, sentit.*

*Omne animal habet vim species rerum
sensilium apprehendendi.*

Ergo omne animal sentit.

Inde est sensus definitio: *Vis animalis,
qua id apprehendit rerum sensibiliū spe-
cies.*

Demonstratio est:

Quod afficit visum, visibile est.

Color afficit visum seu visorium.

Ergo Color est sensibilis.

Hinc colligi potest definitio πᾶδus
seu affectionis coloris nimirum, *Visibi-
lis qualitas in superficie corporis visum seu
visorium afficiens.* Loquor autem de visi-
bili per se.

*Aer seu cælum tonat: Quia spiritus igne-
us coactus frigiditate in medio collidi-
tur aeri aduersanti.*

Hinc

Hinc definitio: *Tonitru est sonus aeris a fervido spiritu impulsu collisique: Seu, est sonus ignis, qui exstinguitur in nubibus, hoc est, cum quæritur, propter quid cælum tonat, respondetur: quia igneus spiritus exstinguitur in nubibus: Cum vero, quid tonitru? Respondetur ductu huius ἀποδείξεως, murmur ignis, qui exstinguitur in nubibus.*

Hæc definitio a demonstratione differt tantum δέσει.

Nomen declinatur propter varios casus.

Πάθος seu affectio nominis est Declinatio.

Declinatio de nomine probatur, & concluditur enuntiatio, *Nomen est declinabile, medio varietatis casuum.* Hinc definitio Declinationis flexio seu variatio nominis per casus.

IV. DE MEDIO PER NOTATIONEM seu nominis interpretationem aut deductionem.

Etymologia & explicatio vel deductio nominis sæpe nos deducit ad rei cognitionem & definitionem.

Sic Scalig. ex. 1. Oportet prius ipsius vocis usum cognoscere, a quo saepe numero prouehimur in rei perceptionem: sicut Plato in Cratylo & multis in locis Aristoteles ostendit.

EXEMPLA.

Volo definiri Arithmeticam: Scio eam dictam ἀριθμητική, id est, a numero. Iam si inueni eius genus, habeo definitionem: *Arithmetica est doctrina bene numerandi, vel, est mathesis numerorum.* Sic Physicæ & Ethicæ definitio inueniri potest, *φυσική ἀφ' ἑσῆς* dicta est, id est, natura. *Physica igitur est scientia rerum naturalium* (alii dicunt *naturarū*) (Etymologia seu nominis interpretatio est: *Solstitium est solis quasi statio, hoc est, meta seu τροπή.* Audita sola nominis interpretatione mens non acquiescit, sed deduci vult in rem præsentem, quoad eius fieri potest, vt rem ipsam prope aspiciat. Id fit per rei definitionem, ad quam dux est Etymologia ista.

Vis seu potestas vocis. *Consonans* exhibet hanc definitionem: *Consonans est litera, quæ cum alia sonat.* Habitus ex habentis actionibus cognosci & definiri potest

potest, vt quid sit Arithmetica vel Musica cognosco ex eius actionibus, qui istas artes habet seu tenet. Cognosco Musicum bene canere, Arithmeticum bene numerare. Dico igitur, *Musica esse artem bene canendi. Arithmetica autem bene numerandi.*

Et generatim: Ex definitionibus (quod docet Rodolphus Agricola in loco coniugatorum) concretorum (*Iusti, Pii, Beati, Sancti,*) facile peruenitur ad definitiones Abstractorum (*Iustitiae, Pietatis, Beatitudinis, Sanctitudinis.*)

Si pii sunt, qui sine hypocrisi Deo, parentibus, patriae & ciuibus debitam reuerentiam & cultum praestant: Pietas erit studium cum summa reuerentia colendi Deum, patriam, parentes & ciues. Si beatus vir est, qui timet Dominum: Beatitudinis ratio consistit in timore Domini.

Sic Aristoteles in Ethicis. *Prudentia, inquit, quid sit, ita intelligemus, si quos nominemus prudentes cognouerimus. Prudentes quidem videntur ex eo etiam, quod rectum*

consilium in iis capere possint, quæ sua sunt, quæque non aliqua ex parte, ut quæ ad valetudinem, aut vires pertinent, quod ex eo intelligi potest, quia prudentes in re aliqua dicimus, cum ad honestum finem recte ea dirigunt, quæ arte non possunt effici. Quocirca valeat prudens omnis consilio necesse est. Et quoniam consilium nemo in iis rebus capit, quæ aliter evenire non possunt, neque ab ipso nequeunt effici & præstari: quoniamque scientia omnis demonstratione concluditur: demonstratio autem ad ea nulla adhibetur, quorum principia secus evenire possunt, (ea enim omnia evenire aliter queunt, quæ autem necessario eveniunt, non cadunt in deliberationem) efficitur, ut nec scientia, nec ars prudentia dici possit. Scientia esse non quidem potest, quia quod subiectum est sub actionem, aliter evenire potest: Nec ars, quia alius actioni, alius effecti arti suus est propositus. Relinquitur ergo, ut prudentia sit habitus vera ratione ad ea agenda idoneus, quæ vitæ hominum conducunt vel obsunt.

Sed videndum, ne definiti nomen sit quadantenus falsum, angustius, & improprium: quale videtur Grammaticis esse nomen syllabæ. Itaque volunt eam

eam non esse definiendam *comprehensio-* Scalig. in lib.
nem literarum &c. quod possit ex vna cō- de causis lot.
 flari litera, & numerus literarum acci- hug.
 dat syllabæ secundum materiam, sicut
 syllabæ secundum formam (quæ est i-
 ipsa natura recipiendi pronuntiationē
 in partem dictionis) accidunt tenor,
 spiritus & tempus. Itaque Scaligero
 syllaba est *elementum sub accentu*. Sunt qui
 syllabam distinguunt in proprie dictam
 & improprie dictam, vt syllaba pro-
 prie dicta sit sonus ex literis conflatus.
 Improprie vero dicta sit vnica vocalis
 propriæ syllabæ vim sustinens. *In Rudi-*
ment. Gram. I. H. P. M.

Geometriæ nomen angustius est pro
μετεικν. Scientia enim geometrica non
 tantum in terra sed etiam in cœlo me-
 tiendo versatur. Prior igitur vocis pars
 non deducit nos ad rei definitionem,
 nec ei inferitur, sed posterior sic. *Geome-*
tria est doctrina bene metiendi.

V. DE MODO INVESTIGANDI
definitionem per contrarij definitionem.

Sæpe ex definitione ve-
 ra contrarij venamur alterius

B

contrarii definitionem. *vt ἐκ τῆς
definitionem ex definitione ἀκρίβειας.
Iustitiæ & iusti definitionem ex
definitione Iniustitiæ & iniusti:
quod patet ex Aristotelis Ethicis.*

Vocali definitur litera, quæ per se ipsa pronuntiaripotest. Consonans igitur definitur litera, quæ non nisi cum aliis pronuntiaripotest. Ex definitione Candoris, quæ est. *Qualitas ita afficiens visum ut eum dissipet.* venaris definitionem Nigroris: quæ est. *Qualitas ita afficiens visum, ut eum congreget & uniat.* Contraria enim mutua cognitioni inseruiunt. *Et contrariorum sunt contrariae definitiones.*

Si ergo ἀκρίβειον (inuoluntarium) id est Aristoteli, quod vel βιά id est, vi vel δὲ ἀγνοίαν, id est, per ignorantiam fit: τὸ ἐκρίβειον (id est, voluntarium) contra illud erit ἢ ἀρχὴν αὐτῷ εἰδέναι τὰ κατ' ἐκείνα ἐν οἷς περὶ αὐτοῦ, id est, cuius principium est in ipso sciente singularia, in quibus est actio. cuius definitione prius membrum opponitur βιά, cuius ἀρχὴ ἐξω est, posterius vero τῷ δὲ ἀγνοίαν. 3. de morib. c. 3.

Et-

Ethic. 5. ex descriptione iniusti, hoc est *ἀδύνατος & ἀνίος*, id est, peccantis cōtra leges, & plus sibi vindicantis seu inæqualis, intelligitur quid sit iustus, hoc est, *νόμιμος & ἴσος*, id est, seruans legum, & studiosus æquitatis.

Acutus angulus est angulus minor recto.

Ergo obtusus seu hebes angulus est angulus maior recto.

Si numerus primus definitur numerus indiuiduus ab alio numero multitudinis: apparet cōtra, Numerū compositū esse numerum diuiduum ab alio multitudinis numero. Si diuisio exacta est, cum subducto, quoties continetur diuifore nihil remanet: Non exacta diuisio erit, cum aliquid remanet.

Itaque authores magni hic interdum vtuntur verborum compēdio: vt enuntiatum verum est, quod pronuntiat vt res est. Falsum contra (id est, quod aliter pronuntiat quam res est)

Magnitudines symmetrae sunt, quas eadem mensura metitur, Asymmetrae contra

Linea recta est Linea, quae intra suos terminos aequaliter interiacet. Curua contra.

VI. APPENDIX DE MODO INQUIRENDI DEFINITIONEM per ἀναλογίαν.

Est & modus inueniendi definitionem per ἀναλογίαν, hoc est, proportionalem similitudinem. Sed is est rarissimus, & in obscurissimis locū habet

Quando enim aliquid est insensibile, nec potest intellectum per se mouere, sed solum per alia sensilia & νοιτὰ, quorū ipsum simile est, per ἀναλογίαν eius essentia cognoscitur. Sic essentia seu natura materiae inuenitur & cognoscitur per ἀναλογίαν, quam habet cum subiecto sensibili mutationis artificiosae, quae est accidentalis: id est. Ita se habet materia physica ad res seu substantias compositas quae ex ea fiunt, ut se habet aes ad totum compositū arte factum: ut ad statuam, aut sicut lapides ad domum, cuius sunt materia.


Æs

Æs antequam formam statuæ recipiat, non est ἐνεργεία seu actu statua, sed δυνάμει, seu potentia. Quia igitur eadem est materiæ primæ ratio ad res omnes naturales, quæ eris ad statuam, materia quoque prima non erit vlla ex rebus ἐνεργεία (id est actu) sed erit omnes res δυνάμει, (id est potestate.) Hæc essentia & φύσις materiæ primæ per ἀναλογίαν cognita significatur & exprimitur definitione secundaria, seu descriptione Aristotelis per negationem & affirmationem tradita, quæ legitur in contextu. 8. lib. 7. *Metaphys.*

Materia non est substātia nec quantum, nec quale, neq; aliquid aliud eorum, quibus ens determinatur, sed horum omnium subiectum. Porro descriptio quoque materiæ primæ ex ἀναλογία talis conficitur à quibusdam physicis ex contextu 69. 1. *physic. Aristotelis*:
Materia est substantia (scilicet incompleta) quæ ita se habet ad res naturales, ut æs lignumue vel aliud quiduis ad res artificiosas, hoc est

ζητεῖν καὶ εὐρεῖν ἀνά-
λογον.

B 3



SECUNDA PARS.

DE CANO-
NIBVS ET EXA-
MINE DEFINI-
tionum.

*Quam tria sunt nostra. præstantia munera
mentis.*

Res finire & diuidere & cognoscere causas

Felix, qui potuit rerum cognoscere causas,

Solers, qui potuit res definire perite.

Vt, Deus est, qui res potuit distinguere recte.

Rodolphus Goclenius.

I D E M.

Definire probe studiosi discite: plusquam

Veri dimidium, qui bene finit, habet.

T A-

TABVLA CONTINENS DIVISIONEM DEFINITIONIS.

Definitio	perfecta	1. a	Qua ἀπλῶς & πρώτως ὄντα, id est, per se existentia, nempe substantia definiuntur. Sic homo ut substantia definitur absolute, id est, seipso hoc est, genere & differentia essentiali. Genus enim & differentia essentialis sunt ipsa substantia.	Subiecto (in quo insunt)	Propria πάθη: ut Eclipsis, potētia videndi.
		2. b	Qua definiuntur, quae ab alio dependent, ut a		
Imperfecta: ut descriptio		d	Substantia ut cum substantia definitur proprio adiuncto vel effect.	Causa	Effecta (quae aliquando etiam accidentia dicuntur, voce Accidentis generalius accepta) ut visio seu actus videndi, à Scheckio propriū accidentis dicitur
			Accidentis communis (quia subiectum eius certum & definitum non est) ideo subiecto ἀόριστον dicitur.		



a. Hæ definitiones à Scholasticis dicuntur. *Quotiditanae*, id est, *essentiales*, dicuntur etiam definitiones ἀπλῶς & absolute.

b. Hæ definitiones dicuntur ἐκ προσθέσεως, id est, ex appositione, seu per additamentū, quia iis additur aliquid quod non pertinet ad naturam definiti.

c. Propria πάθη seu simpliciter propriae affectiones describunt τῷ πεφυμέναι. & semper rei insunt, vt, *posse dormire, posse vigilare, semper inest animali*. Accidentia autem propria sunt priorū παθῶν actis secundi, possuntque inesse & non inesse, seu insunt aliquando: vt, dormire actu: (quod etiam effectum dicitur) animal enim iam dormit, paulo post nō dormit, sed vigilat.

Symptomata sunt propria πάθη morborum. Sed morbi sunt propria accidentia partium earum quibus insunt, posse percipere sonos, est proprium πάθος, sonos percipere est proprium accidens animalis audiendi sensu præditi.

Hanc distinctionem propriarū affectionum

etio-

tionum & priorum accidentium tradidit Schegkig *in Topic.*

d. Propria enim ut natura posteriora in essentia subiecti non includuntur: Ita que in definitione propria seu perfecta & essentiali subiecti non adhibentur.

Obiicias fortasse: *Hæc definitio est imperfecta.*

Ergo nulla est.

Resp. Maior propositio quæ desideratur falsa est. Quicquid est imperfectum nullum est. Nam & Enthymema imperfectus Syllogismus est, & Demonstratio τὸ ὄν imperfectior est demonstratione τῆ δόξῃ, & tamen neq; Enthymema nullus syllogismus est, neque demonstratio τὸ ὄν nulla demonstratio est. Magis et minus, perfectum & imperfectum sunt interni modi ENTIS, quibus rei species & essentia non mutatur.

CANON PRIMVS.

Definitiones verba, quoad eius fieri potest perspicua &

B 5

propria sunt. Vitiosa igitur est.

Nuptia seu matrimonium est viri & feminae coniunctio, individuum vitae consuetudinem continens. Pro femina dicendum mulieris, alioqui si vox femina proprie accipiatur, inter bestias quasdam erit matrimonium.

In descriptionibus non est absurdum uti metaphoris praesertim illustribus, ut, *Intelligentia est habitus humanae mentis, quo perinde ut oculo prima principia intuemur.*

Vide Piccolomineum gradus, *de virtutationis cap. 17. vñs per metaphoram dicitur oculus anima.*

CANON SECVNDVS.

I. Definitio constat communiter: Genere, & peculiari seu proprio: differentia, ut,

Ma-

Manumissio est datio libertatis. Tit. 5. de libertinis. Dictator est magister (hoc est, moderator) consulum aliorumq; magistratum & civium. Corpus est magnitudo τριτάτος, id est, trifariam dimensa.

II. Genus rem definitam separat ab omnibus his, quæ sunt extra ipsum, (vt *animal separat hominem ab omnib. quæ non sunt animalia*) ac^a est fons & fundamentum quiditatis.

Itcirco, & quia communius est, præcedit.

CONSEQUENS I.

Itaque communissima illa, quæ ad omnia genera consequuntur, genera nō sunt, vulgo dicuntur *Transcendentia.*
ENS, res, unum.

CONSEQUENS II.

Et vitiosæ sunt definitiones, in quibus genus æque late patet, atque definitum ipsum.

^a Nimis vagæ hæ sunt, genere carentes.

^b Genus hic non est commune.

Vitiosæ igitur sunt definitiones, peccatum est quippiam pugnans cum lege Dei, Virtus est quiddam contrarium vitio. Virtus est res propter quam aliquis dicitur honestus. Homo est Ens logicum ^b Arithmetica est logistica &c. argumentatio est ratiocinatio in qua &c.

III. Differentia vero definitum ab omnibus his, quæ genus suo complexu cõtinet,

^a Itaque, & quæ angustus est, sequitur.

^a separat.

CONSECTARIUM I.

Itaque quod genere comprehenditur, non est adiiciendum differentiæ: vt si hominẽ definiẽs differis, esse animal, quod sentiendo intelligat, sentiendo ad differentiam non pertinet, cum

con-

contineatur ipso genere animal,
(Animal enim esse nequit, nisi
sentiat.) Redundat igitur in ista
definitione.

CONSECTARIUM II.

Et differentia sola defini-
tionem constituere nequit.

EXPLICATIO.

Species enim composita quiditas
est ex genere & differentia, (quæ quidi-
tates sunt simplices.)

EXEMPLA.

Linea est, quæ duobus utrinque punctis
terminatur, duobus utrinque punctis termi-
nari, est tantum proprietas lineæ, seu differen-
tia sumpta à proprio: necesse est igitur ut adij-
ciatur ei genus, ad complendam definitionem.

Elementum est, in quod cætera corpora, in
quibus facultate inest diuiditur, ipsum autem
in specie differentia diuidi non potest. Hic
desideratur genus, corpus simplex. Non-
nunquam tamen reticetur genus sed
ex antegressis intelligendum: ut, com-

mune adiunctum est, quod cōuenit simul multis, id est, est adiunctum quod &c. Publicum ius est, quod ad statū rei Romanæ spectat, priuatum quod ad singulorum utilitates pertinet. Titul. i. de iustitia & iure. §. huius, id est publicum ius est ius, quod &c.

CANON TERTIVS.

Vnius rei vna definitio nec plus vna esse potest.

EXPLICATIO.

Non possunt multa vnius rei esse definitio- nes: At possunt esse πο- γραφαί. Pla- to in Sophi- sta. Rariores sunt definitiones quæ definitū oī ex parte exequāt, quæ habēt oīa o- cō, vt habet prouerbiū.

Intellige de definitione solam rei es- sentiam complente, quæ Græcis εἰσώδης est, & λόγος εἰσίας, & adice hanc distinctio- nem. *Non possunt vnius rei plures esse defi- nitiones re ipsa seu sensu discrepantes. Possunt vero esse plures verbis discrepantes: possunt esse plures, sed ita vt vna sit essentialis, altera de- scriptiua, vel ἐννοματικὴ, hoc est, nominalis aut τυποειδής: Sic Schegkius li. 6. Topicorū; Sunt vnius rei multæ interdum finitiones ἐν- νοματικὴ imperfectæ, populares, cum duntaxat vna sit cuiusque rei essentialis seu perfectæ definitio. Perfectum enim omne est vnum & solum. Est autem definitio essentialis, seu perfectæ, seu propria, quæ naturam rei*

rei

rei explicat: seu qua absoluta quiditas declaratur, seu quæ simpliciter & exquisite res declaratur. Hæc sæpe absolute definitio dicitur καθ' ἑξοχὴν.

Descriptio vero est, quæ non tam naturam, quam quæ circa naturam rei sunt, explicat.

EXCEPTIO.

Definitiones homonymi nominis sunt plures: quia plures res eo significantur.

Ratio seu causa est πολυσημία, id est significatorum diuersitas.

EXPLICATIO.

Intellige igitur præcedentem Canonem de synonymis, hoc est: una duntaxat Synonymi nominis definitio est, Polysemi vero definitiones sunt plures. Cum enim homonymo seu polysemo significantur res plures, necesse est ut pro diuersitate significatorum plures sint ipsius definitiones. Exempla suppeditant nobis vita, Iustum, bonum &c. quæ πολλαχῶς λέγονται, id est, multipliciter dicuntur. (Quoddam iustum definitur distributione externorum bonorum; quoddam æquitate legum) vita modo sumitur

pro esse viuētis substantiali, modo pro actu secundo seu operatione proficiente à tali εἶναι) sunt autem discrimina quædam homonymorū. Quibusdam enim manifeste diuersis rebus nomen imponitur, vt τὸ *Homo homini picto*, & *homini mortuo*, & *homini uiuo*. Nonnunquam καὶ τύχην, id est, fortuito vna multa significantur, vt *calcis vocabulo pars pedis*, & *quo lapide vsto cemetum paratur*. Has Homonymas Aristoteles 7. Physicorum πολὺ ἀπεχέσας appellat, id est, *remotiores*. Aliæ sunt occultiores & magis latentes, vt quib. significant, vel ἀναλογία quædam similes res, vel secundum prius & posterius differente, quas πᾶσις ἐν appellant, vt, *ens, sanum*. Atque hoc medium est inter vniuocum & æquiuocum.

Vnum itaq; & idem diuerso modo consideratum aliter atque aliter definitur.

Potest enim, exempli causa, habere diuersa genera, vt *Sacramentum*: quod accipitur modo relatiue, pro *visibili signo gratiæ innisibilis*: modo absolute pro signo & re signata simul, id est, *actione*

sacra

sacra externa seu terrena, & interna seu caelesti, pro actione composita ex visibili & corporali acceptione symbolorum, & inuisibili ac spirituali acceptione Christi & beneficiorum eius. Cum sacramentum relative sumitur, fundamentum eius est ritus externus & visibilis à Deo praeceptus. Terminus, communio Christi & eius beneficiorum, quae per symbolorum visibilium praeceptionem à Deo nobis representantur & obsignantur. Motus ut actio, definit à Physicis Peripateticis mouentis ἐνεργεία: ut passio, ἐντελεχεία mobilis, quae tale.

Non tamen dissimilo compositam ex utraq; esse perfectiorem: Actus mouentis in mobili, quia ea complectitur, à quibus esse motus dependet: Motus, quia est accidens, necessario pendet à subiecto mobili: quia esse motus consistit in quodam fieri & fluxu, necessario etiam dependet à mouente.

Existētia motus depēdet à mouente. At mouens non est dequiditate motus.

IIII. CANON.

Partes definitiones perfectae praesertim, in eodem ge-

Vitium alieni seu μεταβάσεως εἰς ἄλλο γένος.

C

nerere sunt, in quo est definitū
ipsum.

EXEMPLA.

Cænæ itaque Domini tribuendū est
genus *actio sacra*. Dominus non est defi-
niendus *homo, qui habet seruum*. Homo
scilicet definiti genus alienum est. Do-
minus relatum est. Domini igitur ge-
nus in relatis est. Vide Schegk. *lib. 4.*
Topic. loc. 46. Figura proprie non potest
definiri magnitudine, sed qualitate, seu
dispositione. Magnitudo est in catego-
ria quantitatis. Figura in quarta specie
qualitatis. Vide Scaliger. *dere Poetica &*
exercit. 298. sect. 15. ubi reiicit, quod Ari-
stoteles alicubi *παχύτης* dicit. *Figuram*
esse quantitatem Ambulacrorum Peripateti-
corum. Candidati, Genus animæ agitationē
seu motum, seu motionem continuam re-
prehendunt, quod hæc accidens sit, il-
la vero (*animam* intellige) substantia.
Vide Scalig. *exerc. 307. sect. 11.* At enim
inquis, *motus alius est accidens, alius substā-*
tia. Respondetur 1. *Nullo modo motus po-*
test esse substantia. 2. *si motus alius esset acci-*
dēs alius substātia, definitio esset per æquiuoca.

Ta.

Tales autē definitiones omnino cum præsto adsunt synonyma, sunt vitandæ.

Iridi quidam tribuunt loco generis nubem. At nubes est substantia seu ἰπῆσυσ, corpus nimum ab exhalatione & vapore concretum in gelida aeris regione. Iris vero est ἔμφασις seu impressio, quæ est qualitas, arcus nimirum versicolor in roscida canag, nube expressus, &c. qui semicircularem fere semper, rarius minorem habet figuram. Dialectica, ait quidam acutus Logicus, non recte instrumentum habet pro genere, eo quod Dialectica sit in Categoria Qualitatis: Iustitia vero in Relationum genere: Genus autem & species debeant esse in eodem rerum genere. 4. Topic. c. 1. Ac addit hoc argumentum, Instrumentum sequitur essentiam Dialecticæ iam constitutã. At genus non sequitur speciem constitutam.

Ergo, Instrumentum non est verum genus Dialecticæ.

Sed quò hoc Genus defendi possit de eo alibi dixi (ut una res pro diuersa affectione relationis que in diuersas argumentorũ species cadit: Ita Dialectica modo absolute, mo-

do cum adherente respectu considerari potest.

Pulcritudo est qualitas, ait Scaliger exerc. 300. sect. 2. Symmetria vero est relatio. Pulcritudo igitur non est symmetria. Sic sanitas non est proportio qualitatum, sed ex eis conflata, constansque certa qualitas.

Crassiuscule tamen Aristoteles in 3. Topic. loco 10. τὸ κάλλος τῶν μελῶν τις συμμετεία δοκεῖ εἶναι, id est, pulcritudo membrorum proportio quaedam esse videtur, ait ibidem Scalig. Sed non propositum Aristoteli hoc loco pulcritudinem definire, sed tantum tū comparare sanitatem cum ea & robore, ita, ut sicut sanitas est in his, ex quibus primum cōstitutum est animal, ut in humidis, siccis, calidis & frigidis. Sic robur & pulcritudo fit in rebus μετέσσει seu ortu posterioribus, ut robur in nervis & ossibus, pulcritudo in membrorum proportionem quadam.

Cum dicitur, *Aequalitas est rerum differentium eadem quantitas*, sententia est, *quantitatis identitas*.

Itaque accidens non potest esse genus definienda substantia.

Acci-

Accidens enim prædicatur de specie *ὑπερβαίνοντες* seu oblique (vulgo *in concreto*) vt homo est doctus. At genus *κατανύκοντες* seu directe (vulgo *in abstracto*) vt homo est animal.

Animæ non potest genus esse crasis, quia anima est substantia, crasis vero est accidens.

Dicat quispiam, niuem esse album concretionem vaporis generatum. Tu contra. Nix cum substantia sit, neque albedo, neque album eius genus esse potest. Albedo enim & album accidentia sunt. Accidens autem siue abstracti siue concreti nomine veniat, substantia genus non est. Quando igitur Aristoteles Naturam definit *Principium &c.* descriptione non definitione utitur: Natura enim est substantia, principium, relatio. Vel sententia eius est hæc: *Natura est substantia simplex, constituens rem naturalem, Principium in ea existens motus & quietis.* Nonnunquam enim Aristoteles utitur in definiendo præcisione.

IV. CRITERION.

Definitio conuenit omni
& semper.

SCHOLAE.

Quid ita? Quia definitio est prædicatum κ^{τ} παντός, quod in se continet $\omega\epsilon\iota$; & definitivus nexus seu consensus definitionis, cum definito est necessarius necessitate absoluta ac simplici, quæ necessitas tanta est, ut ne virtute quidē diuina fieri possit, ut rei definitæ non cōueniat propria seu essentialis definitio: propria, *inquam*, quæ nimirum tradit per ea quæ sunt absoluta, (hoc est, simpliciter immutabilia) & non solum physica necessitate (quæ eorū est, quæ à Deo facile mutari possunt) rei conueniunt.

Nam 1. Necessarium necessitate propriæ definitionis tam firmum ac constans est, ut si fingatur oppositum, fiat implicatio contradictionis, ut *si trigonus nō habeat tres angulos non est trigonus, si figura quadrilatera non habeat quatuor latera, sed verbi gratia tria, non est quadrilaterum*. Repugnat hic prædicatum naturæ subiecti. Iam vero in Deum prorsus nulla cadit contradictio.

Ergo *Deus necessariū propria definitione non potest facere non necessarium.* 2. Regula
la

la mentis diuinæ immota à Deo euerti nequit. Gradus necessitudinis Definitionis propriæ est regula mentis diuinæ immota. Ergo gradus hic e-
uerti non potest. Sed vt facilius percipiantur, gra-
dus necessitatis considera.

Neces- sitas est	Immuta- bilium	Simplici- citer:	Æterni ^b vt, Necesse est Deum esse veracem.
		Secundū quid: N A T V- R Æ, e vt, Necesse est ignem cale- facere	Definitionis e & demonstra- tionis propriæ vt, necesse est tri- gonum habere 3. angulos. Ignem esse calidum.
	Mutabi- liū per se & re ipsa	Consequentia: f vt Necesse est, genus humanum magnis calamitatibus puniri (scilicet propter multa & magna pec- ta) necesse est, Platonem nun- dere dum sedet (propter ei- tionem contradictionis)	



a Simplic.) *Hoc necessarium à Deo mutari nequit.*

b Æterni:) *Gradus summus.*

c Definitionis) *Gradus necessariorum huic proximus seu vicinus.*

d Secundum quid) *κτ̄ π, cum adiunctione. Cicer.*

e Naturæ:) *Hæc necessaria à Deo mutari possunt, à natura non possunt.*

f Consequentia:) *Hæc necessaria sunt, re ipsa mutabilia, sed propter certas causas non mutantur.*

Vitium An-
gustie.

A proposito Criterio discrepat I. definitio Enuntiationis seu prædicationis Regularis seu legitimæ. Quæ congruit ad aliquem modum quinque prædicabilium. Forma hic non est plena. Dicendum erat. *Quæ ad argumentorum affectiones congruit.* II. Definitio amoris: *Affectus, qui ex gaudio proficiscitur, ut definit Fracastorius cap. 17. symptom.* At non ex omni gaudio amor, nec ex omni amore gaudium est, ait Scaliger. Huc pertinet, quod idem acerrimus Cardani censor exerc. 317. sect. 4. *et. Hoc peccant tua definitiones, cum ex eo, quod est Aliquando constitutum quod semper esse debes.*

Ad-

Addamus aliud exemplum, vt sentit Fortunatus Crellius in *explicatione ἀποδείξεως*. Definitio Naturæ Aristotelea *Principiū motis ac quietis. &c.* non omnib. corporibus naturalibus conuenit, sed plerisque vt pleraque omnia corpora habeant principium motus ac quietis, paucissimis exceptis, in quibus alterutrum tantum, vel motus duntaxat, vel solius quietis principium sit: tum non poterit dici habere, definitio hæc ἀπαντα ὄντων (*omnia octo*) seu esse omnibus numeris absoluta, & hyperbole fuerit, cū dicit Aristoteles *lib. 2. phys. cap. 1. context. 1. Quæ natura sunt, omnia motus & quietis principium in se habere videntur.*

Itaque *Plerumque, Semper, Nunquam, Aliquando, Interdum*, definitioni ne inferuntur.

Definienti satis est, ait Scaliger, si dicat: *Est hoc aut hoc: sic aut sic: Vide cum lib. 5. de causis latinæ linguæ cap. 127.*

Sic definiit quidam doctissimus vir Meridianum: *Meridianus est circulus va-*

variabilis per mundi & Horizontis polos semper transiens. Semper redundat.

Notatur vitij definitio pronominis, qua dicitur esse *pars orationis*, quæ pronomine posita personam interdum recipit, vel dictio inflexa casibus, individuum maxime essentiam significans, sine vlla quidem temporis, sed nunquam sine personæ differentia: sed hæc etiam non habet τὸ ἕν παντός, cum multa sint pronomina, quæ cuius adhærēt personæ, vt *is, ille, ipse, meus*, Vide Scalig. lib. 5. de causis lat. ling. ca. 127. vbi præter τὸ nunquam reiicit etiam τὸ maxime, ex eo quod æquabilis sit omnis definitionis vis, neque recipiat intensiorem aut remissionem, neq; plus significet essentiam individualem pronomen *Ego*, quam nomen hoc individuum.

EXCEPTIO.

*Vfus vocum
semper in-
terdū in defi-
niendis τε-
λευκῶν.*

Attamen Semper, Nunquam, Aliquando, interdum, in definitione locum habent, cum definitur aliquid, cuius cau-

causam determinant, vel formam explent, vel cum differentia specifica in iis fere posita est: vt cum definiuntur voces *τεχνικὴ*, *Necessarium contingens*, *Impossibile*.

Aduersa. Itaque si auctor modo allatae definitionis Meridiani, τὸ *Semper* opposuisset alteri cuidam circulo, qui non semper transit per mundi & Finitoris polos, non redundaret.

Necessarium enuntiatum est, quod semper verum est.

Contingens verum est, quod ita verum est, vt aliquando possit esse falsum.

Cōtingens falsum est, quod ita falsum est, vt aliquando possit esse verum.

Impossibile, quod de nullo vnquam verum esse potest.

Aduersa sunt contraria positiua, quæ inter se è regione perpetuo pugnant.

— Etsi hic etiam nonnullis perpetuo tollendum videatur.

Proprium adiunctum est, quod omni soli semper conuenit.

In his definitionibus *Aliquando, Semper, Perpetuo* ad naturam essentiamque rei definitæ pertinent. Itaque sine iis nec veræ nec integræ definitiones istæ esse possunt.

Vide pulcrum exemplum definitionis *PULCRI* in exercit. Scalig. 300. sect. 4. quo exceptio hæc egregie illustratur.

VI. CANON.

Definitio synonymi cõuenit omni æqualiter (vt *definitio animalis conuenit ex æquo bestia & homini*) sed defini-

fini-

finitio medii inter homonymum & Synonymum huic primo & magis, illi secundario & minus conuenit.

Exemplo est natura, cuius definitio negatur à Simplicio esse uniuoca, quod primo & pprie dicta natura sit forma, materia uero tantū, quatenus susceptiua est formæ (5. *Metaphys. text. 5. Aristot.*)

Nomen nature non uniuoce & equaliter dicitur de materia & forma, sed forma magis est natura quā materia.

Sic nomen principii dicitur de actiuo principaliter, de passiuo min⁹ principaliter, teste *Auerroe*. Sic nomen motus non dicitur pari ratione de omnibus motuum speciebus, sed præcipue de motu locali. *Aristotel. lib. 8. phys. text. 55. & sequentibus.*

Sic demonstratio non est commune aliquod uniuocum, à pluribus speciebus æque participatum, sed de numero eorum est, quæ dicuntur *AB VNO*. Est enim quædam præstantissima demonstratio, cui primario & proprie nomen demonstrationis conuenit. Sunt & alia secundi gradus et ignobiliore de-

monstrationes, quibus id merito illius
 primariæ tribuitur, quatenus ab illa
 pendent, & quibusdam eius conditio-
 nibus participant. *Zabarell. lib. de specieb.
 demonstrationis cap. I.*

Nota hic in transcurso Synonyma
 dici, quæ in vno nomine conuenien-
 tia eandem omnino rationem habent
 secundum idem nomen: & homonyma
 contra: Et vt Synonymum eadem pro-
 fus ratione, & homonymum diuersa
 plane ratione omnibus conuenit: sic
 medium inter Synonymum & homo-
 nymum (quod quidam vocarunt ana-
 logum attributionis) neq; eadem pla-
 ne ratione, neque diuersa omnino o-
 mnibus competere.

VII. CANON.

Definitio fieri debet per ea,
 quæ rei per se conueniunt.

EXPLICATIO.

Cum possit aliquid alicui compete-
 ra, p se & essentialiter, cuius oppositum
 eidem conuenit per accidens, definien-

da

dæ res sunt per illa, quæ eis per se conueniunt, non autem per ea, quæ per accidens.

EXEMPLA.

Calori conuenit per se segregare heterogenea: congregat autem idem calor heterogenea per accidens. Quomodo igitur definiendus calor? Nam *qualitas congregans heterogenea*? Minime vero: sed *qualitas congregans homogenea & segregans heterogenea* (id est, ea, quæ sunt diuersorum generum)

Calidum per se calefacit, per accidens autem interdum refrigerat. Non igitur calidum definiendum est *qualitas refrigerans* sed *calefaciens*.

Caloris vel calidi definitio.

Accidit enuntiatio impossibili affirmari id est, non necesse est illud affirmari. Non igitur recte definitum est à quodam: *quod siue affirmatū siue negatum nunquam verum esse potest. Redundant siue affirmatum siue negatum.*

Explicationem horum vide apud Zabarellam *de qualitatib. Element. lib. 1. cap. 3. & 4*



CONSECTARIUM.

Vitiosa igitur definitio est, cum genus, quod affertur, est accidentale seu contingens. Genus enim verum est prima rei quiditas, seu partem essentiae declarat.

EXEMPLUM.

Limes est lapis positus in agro, ut à confini seu contermino eum discernat. Quid in hac definitione desideras? Lapis (*genus*) accidentale quid limiti est, quia potest arbor esse finium regū dorum (hoc est, *finibus regundis discernendisq. destinata*) Vide Iul. Scaligerum *exerc. 181. sect. 3.* si tamen lapis intelligatur non solum, qui vere est, sed &, qui vice lapidis fungitur, genus hoc tolerari potest. Amori non recte tribuitur genus *appetitus*, sed *affectus*. Appetitus enim amori accidit: lege Scalig. *exercit. 301. de amore.*

Limes potest esse arbor.

Sic vitiosum est in defini-
tio-

tionem antecedens pro genere:
ut Fiduciam qua iustificamur coram Deo antecedit notitia, ut virtutem moralem aut affectum cognitio aliqua. Sed fiducia illa non est notitia. Nec virtus moralis nec affectus est cognitio. Requirit ante se Dialecticus Grammaticum ut conditionem sine qua non. Sed propterea Dialecticus non debet definiiri Grammaticus.

VIII. CANON.

IN definiendo nihil necessarium prætermittitor, ut *emancipatio*, est *imaginaria venditio*, nimis lata est hæc definitio: necessario igitur aliquid speciale addendum. Vide *titu. 10, de testim. ordin. lib. 2.* Huc pertinet admonitio Scaligeri *lib. 3. de caus. lat. lingue, cap. 66.* Male omittitur in definitione quod est in interpreta-

D

450 DE RATIONE DEFINITIONIS
addendum: Cui addo
ego hanc exceptionem, nisi
id ex antegressis intelligatur.

IX. CANON.

IN definitione nihil redun-
dato.

EXPLICATIO.

Vitium re-
dundantia seu
ἀδολείας, seu ταυτολογία
qua vel ma-
nifesta est vel
occulta. Videndum etiam atque etiam, ne
in definitione committatur nugatio
nihil in ea πειρίεσθον esto & ἀερόν

EXEMPLA

Vitiosa ho-
minis defini-
tio. Sic quidam definiit, seu descripsit
hominem: Substantia creata à Deo habens
corpus & animam rationalem, condita ad i-
maginem. Vbi hic Logica tua mi Theo-
loge? Dicendo condita, repetis manife-
sta ταυτολογία creata. vox igitur condita re-
dundat.

Dialectica est ars seu via &c. Via redun-
dat, ars satis proprium: Via etiam tro-
picum.

Materia (naturalis) est corporis physici

caus-

causa materialis in terna, patibile, formarum
 subiectum. Hic materialis redundat.
 Causa enim materialis, idem est quod
 materia. Materiae igitur genus est cau-
 sa.

Vitiosa ma-
 teria defini-
 tio Ioannis
 Bodoni.

Vitiosa definitio propter occultam
 ἀδολείαν est, homo est animal rationale, loca-
 bile, seu existens in loco. Hic sciendum: a-
 liam esse differentiam genericā, aliam
 specificam. Differentia generica sub
 nomine generis comprehenditur: vbi
 dico, homo est animal, intelligo, hominem
 esse substantiam corpoream, quæ habet dimē-
 siones. Satis est igitur exprimere diffe-
 rentiam specificam eius speciei, quæ
 definitur.

Hoc quoque exemplum occultæ a-
 doleschiæ est. Philosophia est rerum diui-
 rum & humanarum causarumque, quibus hæ-
 res continentur, scientia. Nam causarum
 notitia vocabulo scientiæ continetur.
 Descriptionem Dei ingrediuntur es-
 sentiales Dei proprietates, verax, iusta,
 misericors, liberrima &c. Hæ à Theologo
 quodam magni nominis odiose & ἰλόγως
 repetuntur in descriptionibus patris &
 filij.

Quid est superuacaneū, quid πρετιτὸν.

Vitiosum igitur in definitione aliquid πρετιτὸν seu superuacaneum ponere, id est, aliquid, quo detracto nihilominus maneat integra definitio.

CONSECTARIUM PRIMUM.

Definitiones ergo vitiosae sunt, quae partem habent adiectam toti, id est, membrum integro, vel speciem generi.

Dialectica si definiatur ars recte, ordine & perspicue differendi. Vel: ars bene differendi & argumentandi vel ordinandi in vitium redundantiae incurritur. Ordine enim & perspicue inest τῶν recte, ordoque improprie & inaequaliter de tota Dialectica enuntiatur. Et bene differere totum est, in quo ut pars argumentari seu ordinare inclusum est. Adoleschia est, id est, inutilis repetitio manifesta, si dicas

Mio-



*Musicam esse scientiam soni & harmonia
cum harmonia sit species soni.*

CONSECTARIUM SECVN-
dum.

ET idem non est definien-
dum seipso.

EXPLICATIO.

Vt idem nō probat seipsum sed pro-
batur notiore: sic idem non definit se-
ipsum, sed definitur à clariore.

Itaque genus & definitum
polyonyma ne funto? Vitiosæ
igitur sunt definitiones.

*Motus est agitatio qua acquiritur novus
terminus. Agitatio enim & motus æque
late patent, & sunt polyonyma (quæ
nonnūquam dicuntur Synonyma) Ens
est res. ens enim & res conuertuntur.
At genus cum definito non converti-
tur. Genus summum est genus supre-
mum cuius nullum est aliud genus su-
perius. Summum & supremū prorsus
idem sunt. ἄνθρωπος est ratiōne utens ho-
mo. Genus homo non est recte assigna-*

tum. Dicere enim *ἄνθρωπος est homo est dicere*, *ἄνθρωπος est ἄνθρωπος*

Parœmia (ait Donatus) est *accommodatum rebus temporibusq; prouerbium*. Tam bellum hoc est, atque si quis dicat, *Ensis est gladius &c.* Genus scilicet vitiosum est: quia *parœmia & prouerbium* sunt polyonyma (genus verum latius patet, quam species, illam nimirum suo ambitu complectens) itaque Scaliger definit parœmiam oratione vulgata allegorica.

Creatio est actio Dei, qua mundum creauit. Cum creare sit hoc ipsum, de quo, quid sit, quæritur, non debuit ingredi definitionem. Actio, qua creauit idem est, quod creatio, ut actio, qua redemit, est ipsa redemptio.

Definitur morbus à præstantissimo quodam medico. *Constitutio præternaturam ledens sensibiliter operationes corporis viuentis, producta à causa malum procurante.*

Morbus definitum est. Non igitur ingredi debet definitionē. Quare per *morbum procurante malum, Natura aduersa vel rationem oppugnante.*

Iohan-

Iohannes Bodinus sic definit formā
*Forma physica est corporis naturalis causa for-
malis subiectum informans. Formalis hic re-
dundat, prorsus enim conuenit causa
formalis cum forma. (definito).*

*Linea est longitudo sine latitudine & pro-
funditate, dicit Decempedator seu Geo-
meter: Sed ita definitur idē per idem.
Dicendum erat. Est magnitudo unius di-
mensionis.*

*Eiusmodi sunt Spiritus est substantia spi-
ritualis, corpus est substantia corporea, substā-
tia est ens substantiale. Scalig. exercit. 307.
sect. vlt.*

At enim inquis: *docent egregij quidā Obiectio.*
*Logici, vt Iacobus Schegkius, aliquid posse
definiri seipso nempe substantiam.*

Respondeo: sano sensu non nego sol.
definiri substantiam seipsa, nimirum
definiri sine adiectione extranei, hoc
est, accidentis.

*Quod potest definiri sine adminiculo acci-
dentis potest definiri seipso.*

*Substantia potest definiri sine additamen-
to accidentis.*

Syllogismus.

*Ergo potest definiri seipsa. Et hoc est a-
ctūs id est simpliciter definiri & pprie.*

Intellige de-
finitionē pro-
priam seu es-
sentialem.

Breuiter: substantiam definiti se ipsa est
in definitionem substantiae non ingredi acci-
dens.

Substantia enim definitur per *ουσι-
αὶ τῆς οὐσίας* id est, per constitutiuā essentia.

At accidens non est pars essentia.

Ergo &c.

Identitas definiti & defi-
nitionis interdum est occul-
tior.

Eius exemplum est in exercit. Sca-
liger. 101. sectio. 1. Nec, inquit, subtiliter
dicitur, *Mistio: est miscibilium unio. Unio-
nem audio, miscibile quid sit, quaero. Nam
qui sciam, cum quid miscere sit ignoro? Idem
sane per Idem declaratum est. Potior hac. Mi-
stio (proprie & minus laxē voce accepta) est
motus corporum minimorum ad mutuū cō-
tactum, ut fiat unio.*

Addo ego hanc etiam ideo potio-
rem esse priore quia habet mistionis
subiectum propius & determinatius.

Ex his omnibus intelligis:

Ανακεφα-
λαίωσις.

Αδολεξίαν esse vel definiti & defi-

ni-

nitio- nis , id est , cum defini- tum & definitio prorsus sunt idem , vel partium definitio- nis inter se collutarum , vt cum vna pars aut bis posita est , aut inclusa est in altera.

III. CONSECTARIUM.

Definitiones, quibus quid res sit simpliciter expli- canda est, nihil habento alie- ni, quod ipsum definitum nō sit.

EXPLICATIO.

Definitione enim ἀπλῶς, percipitur sincera essentia, exclusis omnib. acci- dentibus.

Itaque definitiones essentielles, quæ adiiciunt formæ adiunctum siue com- mune siue proprium, sunt vitiosæ pro- pter redundantiam, vt, *Homo est animal λογικόν, quod potest incedere erecto corpore*



Prius membrum sufficit, quia explicat hominis naturam. Posterius membrum pertinet ad ea, quæ circa naturam hominis sunt. Itaque superuacaneum est. Sic cum dico, *Homo est animal λογικόν* (seu ἔλλογον) *mortale*: mortale redundat, tum quia præcedentibus natura hominis declarata est: tum quia mortalitas in genere *animal* est inclusa. Omne enim animal est mortale: ac falsum est, *Deum, angelos, stellas, esse animalia immortalia.*

Intellige in homine multa esse, quæ ipse homo non est: vt, *homo non est sua quantitas, non qualitas, non id quo refertur, non locus, non tempus, non actio, non passio.* Et hinc sic collige: *Homo non tantum homo, sed etiam multa est, quæ sunt non homo, propter eorum quæ ipsi accidunt diuersitatem.*

Cum igitur definiendus est essentialiter, ab essentia eius separanda sunt illa ἔτερον seu ἄτερον, id est, accidentia.

λογικόν δὲ accidens
ab essentia.

IV. CONSECTARIUM.

Nec definito præponuntur,
nec definitioni inferuntur signa

genera vniuersalia & particularia.

EXPLICATIO.

I. Particula OMNIS definito minus conuenienter preponitur. Quia in definitione essentiam rei vt vnam, non vt distributam significare & exprimere volumus. Itaque rem definientes dicere solemus. *Ars est præceptorum verorum vt homogeneorum methodica comprehensio: nō omnis ars &c. Dialectica est ars bene differēdi: Nō: omnis Dialectica est ars &c.*

Non igitur videtur esse definitio Coloris 2. de Anima Aristotelis *Motiuus perspicui*, cum dicat ibi Philosophus. *Omnis color est motiuus perspicui.* 2. Definitiones ita sunt comparatæ, vt non egent signis vniuersalibus aut particularibus: Ad naturam enim definitionum attinet, vt sint semper veræ, nunquam falsæ: & differentia cum genus restringat, signum particulare in se cohibet.

EXEMPLA.

Dicimus quidem, *homo est animal quoddam.* Sed non dicimus *homo est animal quoddam, rationis compos, seu ratione vtens, ratione enim vtens, illud quod-*

dam in se continet, cum genus *Animal* coarctet seu determinet.

Sic non dicimus, *Esse mutabile est corpus quoddam, cui primo insit potentia contradictionis sed corpus, cui &c.*

Natura est quoddam principium, causa quaedam interna motus & quietis. Particularia enim signa non ingrediuntur definitionem, ob causam modo dictam.

Non dicimus, *omnis homo est semper animal rationale.* (Redundantia hic est, & in definito & in definitione). Cū enim definitiones ab essentia confiant, ipsaque abesse non possit, & de omnibus & semper dicentur.

Hic si quis obiecerit descriptionem peccati. *Quicquid discrepat à lege.* ei respondeo hanc esse tantum Nominis definitionem, non rei.

EXCEPTIO I.

ALIVANDO tamen Generi additur *Quidam* syncategorema, cum nimirum alia vel simpliciter vel quodam

dam modo ratione vt peculiari, aut analogica vel excellentiore, tribuitur genus definitæ speciei, quam aliis, quibus conuenit: Vel cum definitum est extra species diuisi generis propter vocis homonymiam.

EXEMPLA.

Primum exemplum suppeditat nobis clarissimum illud Germaniæ in iuris ciuilibus peritia hunc Hermānus Vulteius, cum rotunde definit *feudum* *vsusfructum quendam rei immobilis sub conditione fidei*: Ac istud *Quidam* sic tuetur, & quidem quantum ego intelligere ac iudicare possum, recte. De feudo fides & plerunque etiam seruitium præstatur, quod non est in vsufructu. Non igitur dixi simpliciter, *quod feudum sit vsusfructus*, sed *quod sit vsusfructus quidam* utpote qui habeat ab illo vsufructu singularia quædam. Confirmatur hoc auctoritate illorum interpretum, qui

feudum dicunt esse *instar usufructus*.

Sic et si Iacobus Curtius Burgensis
verfor Antecessoris Theophili. *li. 2. tit.*
20. legatum definiat, donationem à defun-
cto relictam: tamen institutiones latinæ
Iustinianæ dicunt, *Legatum est donatio*
quædam. Legatū enim est extra diuifum
(quod est *donatio*) in species duas, causa
mortis scilicet & inter viuos: hoc est,
legatum neq; est donatio mortis causa,
neq; donatio inter viuos, quæ donatio-
nū species duæ *tit. 7. lib. 2. docentur*. Et ta-
men legatum dicitur donatio: Est igitur
quædam donatio, id est, peculiaris &
proprij quasi generis, similis tamē do-
nationi illi, de qua *Titulo 17. lib. 2. agi-*
tur. Vide in fine huius tractatus me-
am epistolam ad D. Vulteiū, & hu-
ius responfionem. (Huc non refero
hanc, quæ est in *4. institutionum titul. 13.*
Theophili vers. ab eodem Curtio. *Ex-*
ceptio est iudicialis quædam allegatio reo com-
petens aduersus actionem.

Exempla vi-
riosa.

Hic enim *quædam* redundat: sicut &
in definitione Replicationis cum dici-
tur *hac esse allegatio quædam, ab agente op-*
posita exceptioni. &c.

El.

Eiusdem farinae est hæc: *Affinitas* ^{Exemplum}
 est propria quedam personarum qualitas, quæ ^{probans}
 contra cogitationem nobis ex nuptiis coniun-
 guntur lib. 1. Tit. 10. §. affinitatis.

Hæreditas est ius quoddam certis modis
 constitutum quod alieni patrimonij uniuersa-
 lem dominum me efficit. in instit. lib. 2. titulo
 2. de rebus corpora.

Vsufuctus est ius quoddam certis modis
 constitutum quod efficit ut in proprietate al-
 terius re & utar & fruam.

Seruitus urbani prædij est ius quoddam,
 quod efficit ut vicinus urbanus vicini o-
 nera sustineat.

Seruitus rustici prædij est ius quoddam,
 quod efficit, ut vicinus rusticus vicini onera
 sustineat.

Vsus est ius quoddam, quod efficit, ut i.
 aliena proprietate re utar tantum.

Habitatio est ius quoddam, quod efficit,
 ut libere in aliena domo habitem ab usu & v-
 sufructu separatum.

In his omnibus. Quoddam ut otiosum
 præteriri debet, potest etiã tolli CER-
 TIS modis constitutum.

Secundum exemplum est Mathe-
 maticum, *Analysis* quæ atque est diuisio qua-
 dam qua latus per sua segmenta exquiritur.

Quaedam inquam, quia analysis hic est quadrati diuisio per latus, sed cū quadam affectione propria.

Neque enim hic diuisor datur vt a libi in vulgari videlicet absolutorū numerorum diuisione, sed in ipso diuisionis opere paulatim inuenitur.

Tertium exemplum est physicum. *Omnis perpeffio est vel proprie dicta vel improprie, id est similitudine quadam.*

Proprie dicimus aliquid pati, cum afficitur à contrario suo: id quod fit, cum compositiuum quoddam à contrario positiuo, id est, forma contraria à forma è subiecto expellit, vt *Cum aqua frigida fit calida, cum paries niger fit albus.*

Perpeffio vero secundum similitudinem est, cum ex agente facultate, fit actu agens. Priore modo sentiēdi facultas non patitur: sentire enim non est contrariam formam expulsa priori in sensum recipi. At fit posteriore modo, id est, in sensione facultas sentiendi proprie non afficitur & patitur, sed ex potestate in actum per speciem sensilem producitur. Hæc sentiendi perpeffio
cum

cum diuersi generis sit ab illa, qua contraria forma à contraria deletur, Sensio definiri potest *perpeffio quaedam, &c.* Sed tamen hæc perpeffio est coniuncta cum actione, & dicitur magis proprie receptio vel impressio.

4. Exemplum intelligendi facultas, quia non est corpus contrariis formis subiectum proprie non mouetur patiturq; sed ex *δυναμει εἰς ἐνέργειαν* id est, ^c potestate in actum per formam intelligibilem reducitur: Itaque non nisi similitudine quadam facultati intelligendi passio & motus tribuitur. Dicere igitur licet, *Ratiocinatio est motus quidam mentis &c.* Quia non est motus verus sed analogicus seu metaphoricus seu Quasi: (vt loquitur Thomas Aq.) sicut docent Philosophi scholastici & peripatetici. (Nota hic obiter Zabarellaam definire putredinem *corruptionē proprii & naturalis caloris in vnoquoq; b humido à calore ambientis.* Vnoquoque autem non necessario hic adhiberi. Mallem *in corpore humido.* Inter exempla etiam vitiosa numerandam esse hanc definitionem Iohannis de Sacro Bosto

^a Genus putredinis

^b Subiectum putr.

^c Causa effectui.

*A*Equinoctialis est circulus quidam diuidens sphaeram in duo aequalia secundum quamlibet sui partē equidistans ab utroq; polo Quidam hic redundat. Dicendum erat: *Circulus Maior*, & tollendum: *Diuidens sphaeram in duo aequalia*. Hoc enim omnibus circulis maioribus est commune.

II. EXCEPTIO

Ingrediuntur signa vniuersalia & particularia definitionem, cum aliquid in ea necessario determinant, vel sine illis forma constitui non potest: ut in definitione iustitiae vniuersalis & iusti generalis videre est, ita in iuris naturalis & gentium. Ac tum non habent rationem signorum sed assumunt naturam categorematum.

Iustum est generale, quod erga omnes homines ubique & semper praestandum est.

Ius naturale est ius, quod ad omnes homines aut eos saltem qui ratione volunt viuere,

extenditur: Definitio est Theophili Antecessoris è græc. in latin. translata à Iacobo Curtio.

Plebs est reliqua omnis multitudo exceptis senatorib. lib. 1. Instit. Theophili titu. 26. plebiscitum. Hic omnis fere idem est quod tota. Scalig. Discere est ignotum per indicia quædã animo percipere: quædam, id est, certa.

Epistola est scriptus rei alicuius nuncius ad absentem vel quasi absentem.

Testimonium est suũ propriũ vel alienum. Aliud est cum quis profitetur. Ipse se dixisse, sensisse, fecisse. id est de quo agitur. Hoc vero est, cum quispiam alius adhibetur testis eorum, quæ asseuerantur.

Testimonium personæ est de re quapiam alicuius asseueratio.

Aristotelea definitio est: syllogismus est λόγος, in quo positis quibusdã aliud quiddam ab his quæ posita sunt ex necessitate consequuntur.

Plura exempla Collecturum interturbat & alio rapit Poeta noster Hermannus Kirchnerus his versibus quibus inuitor ad Dominum Episcopum Dicasterii Hassiaci assessorum.

*Pone supercilium nugasque & Socratis ora
Godeni, Logicum pone tuum calamum,*

*Qua charites Musæq, vocant, quod Episcopus
orat,*

Huc venias Charta te comitante tua.

Si liber, hic liceat tibi pictos ludere Reges

Inuenies, quæ de hic exhilarasse queant.

Hanc Sirena Kirchneri iucundæ e-
ruditionis gratia hisce addere placuit.

EXCEPTIO III.

Exceptio etiam à Canone
definitiones nominales vt *vi-
ta nihil aliud est, quam quasi
quædam (si dicere liceat) gene-
rationis continuatio.* Scaliger.
exerc 13. sect 1.

Huc referri potest, quod Picolhomi-
neus interduct. ad 10. grad. philosoph.
cap. 2. dicit. *Argumentatio est motus quidã
anima, & progressio ex vno in aliud.*

V. CONSECTARIUM.

Et : Definitum neque ma-
nifeste neque occulte in de-
fini-

initionem ingreditur.

Natura definitur ab Aristotele *lib. 2. phys. c. 1. context. 3. Principium & causa cur moueatur & quiescat illud, in quo est primo & per se.* Quidam interpretati sunt. In quo est scilicet natura. At ita irreperet in definitionem definitum ipsum. Accipiendum igitur est. *In quo est scilicet principium seu causa.* Male vertit interpret nescio quis D. Lutheri germanicam definitionem Sacramenti cænæ, *verum corpus & verus sanguis Domini nostri Iesu Christi sub pane & vino nobis christianis ad manducandum ac bibendum institutum.* Si enim *institutum* referas ad *corpus & sanguis*, manifestum est Solæcum Grammaticum: Si ad *Sacramentum cænæ* (quod definitum est) definitum ingreditur in ipsum definitionem, quod est ἀλογον.

Litera à quodam definitur *mini na pars vocis ex literis composita.* Litera est definitum. Appendix igitur ex literis composita è definitione tollatur.

Cum dico *Testimoniū Diaboli est, quod Diabolo authores habet.* Testimonium hominum est quod homines authores habet, pars

Obiect.

definiti scilicet Diaboli & hominis ingreditur definitionem: Sol. definitiones hæ sunt nominales: vel Testimonium Diabolorum positum est, pro testimonio diabolico, testimonium hominum pro testimonio humano, ut si dicas *Testimonium Dei pro Diuino, Ecclesia Christi, Christiana*. Eiusmodi quoque est definitio testimonij rei. *Testimonium rei est consensio seu congruentia rei alicuius cum eo quod asseueratur.*

Cum dico *proprium adiunctum est adiunctum &c.* Hic non subit definitionem pars definiti, sed genus. Adiuncti scilicet species est proprium adiunctum.

Idem iudicetur de hoc. *Hic homo (ut Cato) est homo. Perfecta magnitudo, est magnitudo omnibus dimensionibus diuidua:*
Syllogismus. Syllogismus necessarius est, qui constat ex enuntiato necessario veris.

X. CANON.

Definitionis partes sine conjunctione contexuntur.

EXPLICATIO.

Ratio est: quia cum definitio sit *σημασι-*

κλις

κῆ, vnius definitionis partes in defini-
tione non sumuntur vt plures, sed vt
ad vnam essentiam constituendam cō-
currentes. Exponam rationem diffu-
sius & τεχνικότερον. Ex partibus defini-
tionis debet fieri vñ per se. Talis ē defi-
nitōis vnitas, definitumq; eā requirit

Cum autem sine coniunctione lo-
quimur, prædicata non tanquam mul-
ta accipimus, sed vt cōcunctia ad consti-
tutionem vnius. Contra coniunctio si-
gnificat ea esse plura distinctaq; ex qui-
bus vnum per accidens fieri possit. Par-
tesigit̃ definitionis particula coniūct.
Et non coniunguntur seu copulantur.
Vide Aristotelem in poster. analyt. 2. con-
t. 30. & 5. placet Zabarellam ad hunc
ip̃um locum. Si hunc Canonē vis tex-
tum facere, consuetariū non repugno.

EXEMPLVM.

non composite definitur Homo Ani-
mationis particeps: non: animal & ratio-
nis particeps. Definitionis. n. partib. con-
stitit̃ ἀδιάτρετον εἶδος, vt vtat verbis Iaco.
Schgk. in 4. Topic. loco 54. pag. 574. Itaq;
hoc p̃sum ē, quod alius scripsit, Omnis
definitio vna res est, non Copula, sed natura.

Neque enim aliud est animal rationale, quam homo definitum vnum est & re & nomine.

*Omnis definitio est composita.
Obiectio.*

Solutio:

Rei diuersorum generum non est vna definitio.

Definitio autem vnius rei & vnum dicēs: quia dicit definitū: sed semper per multa dicens illud, vnū quia vnum illud per multa est cōstitutum. (Hic si forte quispiam obiiciat à Iohanne Apostolo peccatum definiri vna notione ἀνομίαν, respondeo, non esse hanc definitionem rei (qua de hic agitur) sed ὀνόματι τῶν, id est nominalē seu nominis explicationē.)

Intelligitur hinc, rei diuersorum generum non esse definitionē: vt huius complexi
Homo visibilis definitio non est.
EXCEPTIO.

At nihil vetat, quo minus generale generali, proprium proprio, effectum effecto per particulam ET aliquando oīiungas,

Dico, *Aliquando*, si nimirum uideat
ratio,

ratio, aut exigat necessitas, vt cum non potest haberi perfecta & accurata, quæ ^{uonō dñs} est, definitio, vt *Equus est animal domabile ad vehendum & trahendum*, Scaliger. De hoc genere sunt etiam sequētes: *Verum est conceptus mentis, quo intelligitur id, quod est esse, & quod est non esse.* B. Salignac. in Grammatica græca. *Nomen, ait, est vox numericum casu & articulo.*

Natura est principium & causa motus & quietis &c. Aristoteles 2. phys. ca. 1. context. *Eloquentia est facultas sapienter & ornate dicendi*, Melanch.

Fides Christiana est lumen in intellectu & fiducia in corde &c.

Similis est definitio peccati.

Notatio (vulgo numeratio) est numeri per suas figuras descriptio atque expressio.

Hic duplex genus adhibitū est, cum vnum haberi non possit. *Pœnitentia est dolor de peccato, cum adiuncto proposito melioris vitæ.*

Definitionem per concomitantiam ^{Concomitor non dicitur.} barbara λέξαι dicunt, quando cum principali genere aliud cōiungitur per particulam cum (*græce, μετὰ*) vt, si ita definiat' cupiditas vindictæ cum ebullitio-

De hac infra etiam.

ne sanguinis circa cor. Sed eandem definitionem dare potest particula *Et*.

XI. CANON.

Definitio non debet fieri per disiunctionem seu particulam disiunctiuam. Ea enim est diuisionis. Diuisio autem non est definitio. Et definitio generis de quauis specie debet tota seorsum dici. Hoc autem in disiunctis fieri non potest.

VITIOSAE IGITUR SUNT
hae.

I. Dies est temporis spatium, quo integer aequator una cum additameto motui Solis proprie respondende reuoluitur, vel Solis, centrum supra finitorem commoratur.

Hic diuisio potius est quam definitio. Prius enim membrum notatio est dici naturalis.

Poste-

Posterius dici artificialis quem vocant vulg.

II. *Quantitas est magnitudo rei vel numerus*

Hęc distinctio quantitatis est continuam & discretam seu immagnitudinem & numerum.

III. *Hora est vel vicesima quarta pars diei naturalis, vel duodecima dies noctis artificialis.*

Audis hic quandam horarum distinctionem, quę eadem est cum hac.

Hora est equalis seu æquinoctialis vel inequalis.

Quomodo igitur dies & hora recte definiuntur.

Definiri non possunt. Itaq; de iis tractatio ab ipsa Distinctione incohatur.

Quantitas autem definiri potest sic definitione descriptiua, quam vocant:

Ens per se extensum.

Rephenditur à quodam satis acuto viro definitio Enuntiati Ramea: *Dispositio argumenti cum argumento, qua esse aliquid, aut non esse iudicatur.* Animaduertor hic ita inquit, *informatur definitio enuntiati, ut non possit separatim de affirmato enunciato de vero &c. dici: quod tamen necesse est.*

Si enim quæras de affirmato axioma, quid sit, respondendum est esse enuntiatum, & sic totam simul definitionem respondisti. At de hoc dici non potest, quod in eo esse aliquid, aut non esse iudicetur, cum tantum esse insit. Diuidere hoc non est definire.

Haftenus animaduersor, qui iccirco Non esse omittit, & intelligit enuntiato iudicari aliquid esse affirmatū, esse negatum, verum falsum. Itaque sic definit, Axioma est sententia, in qua argumentum cum argumēto est dispositum, ita ut esse aliquid indicetur vinculo utrinque continente.

Eodem argumento reprehenderentur hæ Enuntiatae est sententia perfecta verum aut falsum significans: ex Aristotele.

Axioma est sententia qua aliquid affirmatur vel negatur. E piscat.

Locum tamen habere mihi videtur Disiunctum, cum pars definitionis aliqua vna voce exprimi nequit, ut peccatū est actionis naturæue hominis à lege discrepantia. Io. P.

Theolog.
Politic.

Scandalum est dictum aut factum, quo proximus offenditur. Idem. Principatus legitimus est vnius imperium moribus aut legibus delatum susceptum gestumq; parentium bono.
Iust.

Iust. Lips. Epigramma est poema breue, cum ^{Poetico} simplici cuiuspiam rei vel personæ vel facti indicatione, aut ex propositis aliquid deducens.

Huic descriptioni Scaligeri mista est diuisio (Rei personæ. Facti omitti in ea possunt) Aristoteli enim vsitata est talis ^{Scaligeri}, vt duas oppositas species loci vnius generis ponat, præsertim si desit nouum, quo hoc exprimi commode possit.

Scalig. exercit. 113. sect. 2. Permutatio est trãslatio domini cuiuspiam speciei pro recepto dominio aut eiusdem, aut alterius speciei.

XII. CANON.

CAuendum in definitione, ne oppositum de opposito, vt vna species opposita de altera affirmetur.

Vulgares hæ definitiones sunt non exactæ & philosophicæ.

Superficies est lōgitudō & latitudo sine profunditate

Corpus est longitudo, latitudo & profunditas. Hic enim & definitur idem per

idē, & affirmatur vna species opposita de altera. Superficies enim & longitudo sunt opposita species & similiter corpus & latitudo.

Potius igitur rationes formales superficiei & corporis, per proprium genus & proprias differentias numero dimensionum significatus sunt declaranda sic: *Superficies est magnitudo duarum dimensionum, corpus est magnitudo trium dimensionum.* Vide Fonseca 5. *Metaphys.* cap. 13. qu. 6. pag. 534.

Vitiosæ sunt definitiones, *liberalitas est prodigalitas moderata. Magnificentia est ambitio cum recta ratione. Fortitudo est temeritas moderata.*

Aduersum enim per aduersum, vitia per virtutes, & vicissim hæc per illa definiri non possunt. *Scalig. exer. 317. sect. 4.*

At obiicias. *Ex ambitione actiones magnificentia & magnanimitatis. Ex temeritate opera fortitudinis. Ego vnum per alterum definiri potest.*

Respondeo 1. *Illud non est perpetuum.* Ex ambitione aliquando, non semper, actiones magnificentia, &c. oriuntur, 2.

Etsi actiones illinc existunt, non tamen habitus, id est, ambitio vitium proprie causa virtutis non est.

XIII. CANON.

Definitiones negantes (seu quę sunt inficiendo sunt) vitiosę. Dicunt enim q id nō sit res. At definitio explicare debet, quid sit res, vt: *Accidēs est, quod neq₃ est genus (neq₃ species) neq₃ differentia, neque proprium. i. Topic.*

Varia hęc definitio. *Nullius enim rei essentia est non esse, ait Scalig.*

Adiunctum est, cuius pars nulla est.

Dissimile est quod non est simile.

EXCEPTIO.

Tolerari tamen & prope-
modū necessarię esse di-

cuntur in duob. rerum generibus, nimirum in rebus perfectissimis, cuiusmodi est Deus. Is propter eminentiam & excellentiam suae perfectionis melius à nobis cognoscitur negatione & remotione, quam affirmatione. Et in rebus imperfectissimis, (quae debitis sunt entitatis) qualis est materia prima, cuius natura aptè declaratur, remouendo ab ea omnes perfectiones, 10. Metaph. text. 24. Est enim infirmum ens, est nihil, & quodammodo non ens. Sed in his negationi addenda est affirmatio, ne definitio sit pure mereque negata, vt Deus est essentia incorporea, simplicissima,

ma,

ma, immutabilis, aeterna, infinita, summe sapiens, omnipotēs, liberrimæ voluntatis, quæ est Pater, Filius & Spiritus Sanctus, Pater est hypostasis divina quæ à nullo est (Filiū) sibi coæternū gignens. Punctum est linea terminus, partem nullam habens. Principium est id, quod non ex alio sed ex quo ipso aliquid est.

Tradi sic quoque Canon potest: Quorum positivæ differentia & proprietates nos latent, describuntur fere per negationes aut privationes, seu partim per affirmatū aliquid, partim per negationem aut privationem. Nō necessario factum est hoc ab Aristotele hic. τὸ κτ' παντὸς est, non quod de hoc verum est, de alio non, nec quod aliquando verum est, aliquando non, sed quod de omni (scilicet antecedente) & semper verum est. 2. posterior Analyt.

Hic affirmatio sufficit, negatio re-

Brevius: im-
mutabile est,
quod formā
aut acciden-
tia sua amit-
tere non po-
test.

Etius omitti potest. Pertinet huc locus
Scaligeti in exercit. 112. sect. 2.^a Immutabi-
le est, quod formam suam aut qualitatem aut
quantitatem, aut ubi, aut alios, quos re-
spectus nominant, amittere non potest. Quan-
quā ab hisce definitionibus, qua negatione cō-
stituuntur, nostræ est consuetudinis abstinere.
Sed exempli gratia hoc ita dictum sit. Hæc
Scalig.

In definitione interdum adhibetur
gratia illustrationis oppositum, vt, Na-
turalis potētia est vis non accersita, aut arte in
substantias transfusa, sed in eis nata, vt sit
causa certarum actionum.

Hic adhibitum est disparatum.

XIIII. CANON.

Vitiosa est definitio, qua
res definitur per genus
aut subiectum remotum vel
improprium, in qua ponitur
pro genere causa efficiens vel
materialis.

SCHOLAE.

Si itaq; quis statuit motum esse pro-

prium corporis nō recte definierit motum *ἐντελέχειαν ὄντος* actū entis ente sumpto, vt transcendente nomine. Ens n. remotum motus subiectum est.

*Vitiosa acci-
dētis defini-
tio quod defi-
nitur per sub*

Si definias Logicam dispositionem secundum Logicæ partem de disponēdis argumētis ratione methodi seu ordinis, qui dispositioni subiicitur, nō recte seu proprie definieris. Methodus enim non est de argumentis disponendis, sed axiomatis.

*iectum ἀπέ-
χου, id est re-
motum.*

Si definiat quispiam hominem substantiam rationis compotem perperā definit. Quia rationale non est proxima differentia substantiæ, sed animalis Genus igitur substantia non placet, sed animal (in quo substantia Inest). Mali sunt Logici qui genus Mysterij faciunt rem ipsam signatam. Non enim correlatiuum, sed fundamentum seu materiale ponitur loco generis in definitione relati. Quis dixerit seruum esse herum.

*Vitiosa est
definitio ac-
cidentis in
qua genus est
subiectum.*

Tonitru nō potest definiri nubes: quia vitiosa est definitio adiuncti proprii, in qua pro genere ponitur subiectum.



Non recte definitur dies praesentia Solis supra horizontem. Definitio enim effecti vitiosa est, in qua ponitur pro genere causa efficiens, *Scalig. ex 316. sectat.*

Si quæras, cur pro genere non debeat poni subiectum aut causa materialis vel efficiens. Respondeo, species est ipsum genus, non est ipsius, aut in ipso: hoc est, prædicatur genus de specie directe non oblique, homo enim & animal etsi differant formaliter seu ratione: Sunt tamen vnum re subiecta seu vna numero res. At effectus dicitur esse causæ, non esse ipsa causa, & proprium adiunctum dicitur esse in subiecto, non esse in ipsum subiectum. Et definitio non est ὑπερ αὐτὸ (*ipsum aliquid*) ratione subiecti, sed generis, quod aliud est à subiecto.

Vitiosa igitur definitio, in qua voci loco generis attribuitur aer, cum aer sit πρῶτον δεκτικὸν vocis & soni. Vitiosa similiter definitio stoicorū venti per aerem cum motus sit genus venti qui in aere (vt subiecto) certis causis excitatur.

tatur. Vitiosa definitio Galeni, & Avicennæ *Febris est calor exuperans in corde existens calor extraneus in corde accensus vel calor insitus cordi mutatus in igneum.* Genus febris est *dyscrasia* non calor cordis insitus, quod subiectum febris est, subiectum autem de accidente non prædicatur *συνοβήτως* id est uniuoce & in abstracto. Non dico: *Eruditio est homo*, sed *eruditio est hominis*, vel *in homine*.

Vitiosa definitio qua peccato originis assignatur genus substantia vel animæ humanæ pars, cū sit impotentia naturalis qua per nos ipsos non possumus facere Deo placentia: substantia autem seu natura sit subiectum peccati.

Itaque præcipitur, cauendum imprimis in definitionibus *ἐν τοῦ εἶναι* (ex appositione eius in quo res est) ne subiectum pro genere adhibeatur.

Non abest à vitio definitio iræ quæ tristitiam genus ei tribuit: quia cum tristitia sit causa iræ, genus iræ esse nequit, quod est cupiditas vindictæ. Differentia est *proficiscens à seruore cordis ob*



dolorem & tristitiam ex sensu iniuria aut periculi.

Eclipsis non recte definitur, *interpositio terra inter Solem & Lunam*: quia causa efficiens non potest esse genus in effecti definitione. Odium non recte definitur *Viues offensionem radicatum*. Effectū enim non est definiendum per causam quasi per genus.

Odium nō est offensio, sed ex offensione, idque non semper, itaque definitione etiam non est *κτ̄ πάντος*. Non offendit me iniustus iudex: eum tamē odit ut meritus est.

Coloris *πρῶτον δεκτικόν* est superficies seu extremitas. Itaque color non definitur superficies, sed qualitas superfici ei corporis quoad terminat pellucidū.

Saporis subiectum primum est humidum aqueum, hoc igitur sapor defini non potest, sed qualitate humidi aquei proueniente à sicco terreo per calorē generata.

Iacob. Schegkius vitur hic hac probatione. *Specie perempta simul etiam perimitur genus*: hoc est res significata genera extra intellectum: quia species est
idi-

idipsum, quod significatur genere & genus quiditate inseparabile est à specie: vt si albedo esse definit, definit etiam calor. Si Cato non est homo amplius, etiam definit esse animal. At definente febris, non simul etiam calor natiuus cordis aboletur. Et cessante vento aut voce nihilominus manet aer.

Ergo calor innatus cordis non est genus febris & aer non est genus venti & vocis.

Definietur igitur febris intemperies calida toti⁹ lædēs actiones naturales producta à calore igneo cordis. Hic generis loco est forma subiectum & efficiens scilicet loco differentia. Cor subiectū est causæ efficientis. Totum corpus est subiectum causæ formalis.

EXCEPTIO.

Genus tamen & subiectū aliquando conspirant.

SCHOLAE.

Nonnunquam tamen genus & subiectum ait Schegkius, concidunt: vt vocis & subiectum & genus est sonus.

Quatenus a-
liquid est sub-
iectum,
ne est genus.

Instrumētis n. animatis format' vox in sono tanquam subiecto quodam, & nihilominus sonus est genus vocis, pro vtrisque significatur *ἴδιος* quoddā in subiecto. In aere vt primo subiecto & vox & sonus insunt, quod vt subiecti duntaxat, ita rationem generis habere nequit. *In 4. topic. loc. 55 & loco 57.* Quibusdam, *inquit*, & subiectum & genus significatur: vt *ἄμφω* terminās pellucidum si significet qualitatem terminantem pellucidum, *ἄμφω* pro genere coloris vsurpatur. At si pro quantitate & superficie terminante, corpus accipiatur: tum subiectum erit coloris & non genus.

At cur Materia ex qua non est genus? Respon. Quia ex quo aliquid fit non est ipsum: vt nix non est aqua ipsa, sed aqueum quiddam ex vapore generatum. Lutū non est terra ipsa, sed quoddam generatum ex terra & aqua mistum. Vinum non est aqua. Domus non est lignū aut lapides ipsi.

Fulmen non est ipsa exhalatio, sed aliquid generatum ex exhalatione propter caloris exuperantiam. Cur igitur
Za-

Zabarella definit Cometani habitum siccum accensum: Grandinem vaporem in aquam & glaciem mutatum.

Respon. hæc tantum sunt descriptiunculæ vel definitiones nominales, sicut & hic eiusdem. Cometa est accensio fumidæ exhalationis crassioris. Grando est vaporis in sublimi congelatio: Pluuia est densatio vaporis & in aquã conuersio in sublimi loco, proprium enim genus Cometæ & grandinis est corpus concretum. Pluiiæ (vt & fontis) aqua. Pluiiæ genus esse aquam subtiliter probat Zabarella de constitutione physices libro cap. 24.

Sic & hoc nominalis definitio est. *Vinum est aqueus humor alteratus, & in vite concoctus.*

Quædam sunt ambigua vt *Glacies*: modo enim dicitur esse aqua gelu concreta, modo soliditas proueniens in aqua summo frigore affecta id est, modo accipitur glacies pro subiecto, modo pro πάθει.

Quæri hic præterea possunt tria?

Primum. *An tolerari possit definitio peccati originis, quæ pro genere habet intellectum & voluntatem, anima potentias: pro differentia priuationem rectitudinis & iustitiæ (accidentia.)*

Secundum: *An tolerabilis sit hæc: animal est corpus anima informatum sentiente.*

Tertium: *an tolerari possint definitiones morborum Auicennæ. i. Quibus genus facit causam efficienrem, vt Febris est calor præter naturam accensus in corde, & hinc ad totum procedens, ledens operationes naturales.*

Hic calor igneus in corde accensus est causa febris effectrix.

De primo resp. Crassa & satis impropria est descriptio similis huic, quæ dicit, *Vulnus esse partem corporis dilaceratam, hoc est, quædam seu qualiscumque nominis, non rei ipsius, definitio est.*

De secundo: *Quoad simpliciter & vt vniuersale seu καθόλου seu τοῦτον εἶδος animal definitur, corpus, id est, substantia corporea eius generis erit.*

Sed quoad vt constitutum Physicis principiis, seu vt compositum ex materia & forma: hac ratione, si dicatur corpus animatum sentiens corpus, non genus,

nus, sed materiam vel subiectum significat animæ. Id est, si corpus consideretur, ut aliquid, in quo inest anima, & ut pars ἡ συνόλη (id est, totius seu integri) nō potest esse genus Animalis, ut ἡ καθόλη, hoc est, ut speciei, quæ τὸ καθόλη ratione indiuiduorum seu singularium sub ipsa.

De tertio: Auicennæ definitio, quā Hieronymus Capiuaccius vocat causalem tantum est, qualiscunque descriptio in qua respicit ad id, quo magis indicat, quam paulo ante attulimus, perfecta est, quam Capiuaccius vocat Formalem, à parte credo potiori, quæ est Forma. ^a intemperies nimirum, seu *σμερσία* &c. Vulg. mala complexio.

Videndum igitur ne pro descriptione definitio proprie dicta, & pro definitione nominis definitio rei arripiatur.

Ut cū dicis: *Leipothomia seu syncope est viriū dissolutio*, definitio hæc nominis est (sicut & hæc est, *animi deliquiū: dixi n. supra plures*

definitiones nominales, dari, esse unius. Cum vero dicis. *Est virtutis cordis debilitas dependens à frustratione motricis facultatis cordis.*

Hæc rei definitio est constans forma, subiecto, efficiente.

XV. CANON.

DEFINIENTES potissimum id, quod perfectissimum est, inspiciunt: quia id est cæterorum mensura.

Sic Pico homineus definiens Gratiâ externam *quandam rationis fulgorē, congruentemq; dexteritatem in obeundis numerum functionibus ex recta animi & corporis constitutione consurgentem, perfectamq; pulcritudinem in sequentem*, inspexit gratiâ absolutissimam. Ut autem pulcritudo non ex omni parte perfecta seruari potest sine gratia, sic gratia non ex omni parte perfecta reperiri potest sine pulcritudine.

XVI. CANON.

MAGNI NOMINIS VIRI sæpe
in de-

in definiendo vtuntur præci-
sione.

a Hic genus
commotio a-
nimi specia-
lis explicatur

Vt Tristitia est ^a contractio spirituum à re
non conueniente ad sua principia, id est, affe-
ctus quo contrahuntur spiritus. Metus est de-
missio animi propter expectationem summi
mali, id est, affectus, quo demittitur animus.
Pœnitentia est reflexio intellectus ad impro-
bandum malefactum, id est, affectus, in quo
reflectitur.

Percussio est animi quasi verberatio opinio-
ne mali imminentis id est, affectus, quo ver-
beratur quasi animus. Iustitia vniuersalis est
obediens omnibus legibus, quæ ad nos pertinet.
Genus virtus hic intelligitur, quasi di-
cat, Virtus obediens. Fides iustificans est ac-
ceptio & applicatio meriti Christi.

Definitio ab
actu fidei.

Logica est instrumentum humani intelle-
ctus comparatum ad quiduis bene cognoscen-
dum id est, est ars instrumentalis, est discipli-
na organica, disciplina directrix cogitationum
nostrarum seu operationum mentis.

Syllaba est integri soni comprehensio, i. est
pars vocis qua integer sonus comprehenditur.

XVII. CANON.

In definitione speciei ge-

neris definitio pro genere ne
adhibetor.

Potest hoc esse consecrarium Cano-
nis superius traditi. In definitione ni-
hil redundans & *ἁπλοῦς* esto.

Perspicua enim breuitas in defini-
tione laudatur, vt si vis definire Herbā,
genus ei tribues stirps vel Planta, non
corpus vegetabile. Quidam definiuit
angulum superficialem duarum linea-
rum in superficie se tangentium, & nō
indirectum iacentium mutuam incli-
nationem. Idem definiuit Angulum
superficiale planum duarum linearū
in superficie plana se tangentium, &
non indirectum iacentium mutuā in-
clinationem Angulum superficialem
sphæricū duarum linearum in superfi-
cie sphærica se tangentium, & non in-
directum iacentium mutuam inclina-
tionem. In posterioribus duabus defi-
nitionibus odiosa est repetitio definiti-
onis Anguli superficialis loco Generis.

Dicendum erat: Angulus superficia-
lis sphæricus est angulus, qui in superfi-
cie sphærica describitur: Angulus supfi-
ficia-

cialis planus est is, qui in superficie plana describitur. Is id est, angulus. Quid? quod angulus quoque superficialis sic definiri debuit. Angulus superficialis est angulus in superficie comprehensus.

XVIII. CANON.

DEFINITIONES primarū notionum, (vt sunt *Deus, homo, cælum,*) non debent fieri per voces Logicas.

Definitio igitur Eustratij vitiosa est, *Disciplina de moribus est species moralis Philosophiæ, quæ in motum hominis compositione versatur. Oeconomia seu ratio rei familiaris est species moralis Philosophiæ, quæ de familie cohabitantiumque in ea constitutione considerat.*

Politica est species Philosophiæ practica, quæ de ciuitate de gentiumque in ea æqua ac concordia administratione pertractat. A sinus recte (inquit Franciscus Piccolhomineus) in definitione speciei dicimus, quod sit species. Non enim definiens hominem dicimus, quod sit species animalis.

OBIICIS I.

Definiri seu potius qualitercunque describi à Platonis Deum mentem aeternam causam boni in natura. Causa autem vocem esse terminum Logicum. Resp. Terminum causæ esse ambiguum. Causa enim interdum est vox primæ impositionis, ut in proposita descriptione, & cum Cicero dicit in Antonin. Is mortem attulit, qui mortis causa fuit: interdum est vox secundæ impositionis, hoc est, officio fungens vocis secundæ impositionis, ut cum in Logica definitur & diuiditur.

OBIICIS II.

II. Definitionem Scaligeri. Permutatio est translatio Domini cuiuspiam speciei pro recepto dominio aut eiusdem, aut alterius speciei. Resp. species hic non est Logica, sed legalis vox lib. num. 2. test. tit. 1. di-
 Valeret obie-
 ctio si species
 in definitione
 hac referre-
 tur ad genus.
 Jacob Curt.
 ex græco
 Theoph.

citur. Ex aliena materia speciem quis fecit. In questionem venit, vter speciei futurus sit dominus iure naturali, isne qui materiam in speciem verterit, an vero is qui materia dominus fuerit. Et paulo post: si species, quæ confecta est, in priorem, ex qua confecta est, materiam resolui possit, is speciei sit Dominus, qui

qui & materia: si vero ad pristinam materiam redire non possit, eius sit species qui eam fecerit. Et paulo post, si ex mea & tua materia relative speciem aliquam fecerim, veluti ex meo vitio & tuo melle mulsum, dubium non est, eum esse dominum, qui fecerit. Non enim operam tantum suam in speciem impendit, sed etiam partem materiae praebeat.

Hic species significat rem factam ex materia, ut oleum, vinum, vas, vestem, vel orama seu mistum, ut emplastrum, collyrium, mulsum, non Logicam speciem generi oppositam.

PARS DE DEFINITIONE SUBSTANTIARUM & ACCIDENTIUM.

SUBSTANTIÆ definiuntur *ἀπλῶς*, id est, simpliciter & essentialiter, sicut substantia *ἀπλῶς*, est, cui nimirum accidunt omnia, ipsa vero nulli accidit, nec ab accidente dependet.

Definitio essentialis sub-

G

stantiæ constat vel ex genere,
& causa interna, materia &
forma, (quæ essentiam ipsam
constituunt) vel ex genere &
forma propria seu vltima (quæ
est interna causa rem ab aliis
separans) de hac intellige hoc
Platonis in Euthryphone:

*Definitio non tantum πᾶθος rei, id est, qua-
litates & adiuncta, sed ιδέαν & οὐσίαν, id est,
propriam naturam & substantiam explicare
debet. vt Homo est substantia constans ex cor-
pore & anima rationali. (pro substantia hic
alius quidam dicit Animal. Ego vtor,
voce substantiæ, quia in voce corpus a-
nimal inclusum est) Homo est animal ra-
tionale. Hic animal genus est. Rationale
est hominis forma, causa eius propria
& adæquata, qua est homo ac differt eo
homo à cane, equo &c. quia ratio est vis
animæ, qua id, quod ea præditum est,
vniuersalia comprehendit. Partes au-
tem illæ vniuersales Animal & irratio-
nale*

male relatæ sunt ad significandas partes
essentiales vel integrales animã & cor-
pus, easque vere exprimunt ac intelle-
ctui insinuant.

Porro perfecta est hæc definitio quia
illa forma inest in illa materia sine me-
dio vlllo: est simul essentia rei & causa,
qua res esse dicitur substantia ab exter-
na causa non pendet, cum essentiam à
causa essentiæ distinctam non habeat.
Hinc dicitur à quibusdam doctissimis
viris substantiam definiri se ipsa, & hoc
est ἀπλῶς definiri substantiam, hoc est,
sine adminiculo subiecti. Est enim ipsa
subiectum.

SCHOLAE.

Ad definitionem essentia-
lem substantiæ etiam multi
doctissimi Logici reuocant
definitionem ex genere & es-
sentiali adiuncto seu ἰδίῳ πάθει ἰδίου πάθος
quod formæ latentis ignotæ-
est propria
affectio

G

Nonnunquã
 Ἐ οὐκ εἶναι
 τὰ θεοῦ.

que vocem explet. Quasi essentialis definitio dici potest, (seu corpus simplex) vere enim propria non est vt *ignis est elementum summe calidum.*

Hic adiunctum proprium sumitur in definitione ignis loco formæ reconditæ seu abditæ penitusque abstrusæ.

Definitiones ἑσσιώδης substantiarum paucissimæ sunt. Id monet Scaliger ex 307. sent. 21. substantiæ in sua specie cognoscuntur à nobis, sed per earũ accidentia. Dicatur mihi, quid sit Caninitas, Afinitas, Leoninitas, iam equidem notum est, nobis horũ quiduis quam quod ignotum definiamus lapidem istum qui præ pedibus est. Nugæ. Terram definimus à soliditate & pondere. Ignis quid est? Substantia, quæ ad cauũ lunæ fert. Hoc habes à sensu quid ipsa illa substantia sunt: plane ignoras. Sed sicut vulpes elusa à Ciconia labim² vitreum

DE RATIONE DEFIN. 501

treum vas : pulterem haud attingimus:
Cur ita. Quia latent nos differentia ac
licet eas multis conatibus vestigamus:
veras tamen vltimas fortasse nunquam
reperimus.

Itaque explicationes substantiarum
rectissime annumerantur, descriptio-
nibus: vt quæ factæ sunt ex coacerua-
tione adiunctorum & effectorum.

DE DEFINITIONE ACCI-
dentium.

Accidentia non possunt defini sine sub-
iecto, vel manifesto vt propria, vel latente,
vt communia, vt cum albedine tribuitur
genus color, in hoc genere latet subie-
ctum scilicet superficies.

Omnis enim superficies rerum cor-
ruptibilium est colorata, & color non
potest esse nisi in superficie. Cum vero
si mutas, definitur, expresse ponit sub-
iectum in quo est. Verum quidam sic
restituunt.

*I. Vnumquodque potest eodem modo defi-
niri, quo potest cognosci.*

Accidens potest cognosci sine substantia.

Ergo, accidens potest definiri sine substantia seu subiecto.

Assumptio probatur. Quia aliquando accidens concipitur abstractiue, sicut etiam abstractiue significat.

II. Vnumquodque potest definiri & sciri sine eo, à quo non dependet.

Essentia accidentis non dependet à substantia. Accidens tantum à substantia pendet, quod attinet ad existentiam, quæ est extrarationem quiditatis eius.

Ergo accidens sine substantia definiri potest.

Quicquid habet proprium genus & propriam differentiam, potest per ea definiri à seors, id est, sine alio addito, cum ad definitionem sufficiat genus & differentia.

Accidentia habent proprium genus & propriam differentiam, quia sunt in predicamento.

Ergo eorū potest esse definitio sine aliquo addito essentia ipsorum.

Ad 1. Nego assumptionem & ad probationem eius respondeo, cum accidens significatur in abstracto, etsi tunc intellectus apprehendet quiditatem accidentis, sine apprehensione hac, quod

quod actu existat in aliquo subiecto: tamen apprehendit subiectum tanquam id, à quo sumitur differentia constitutiva accidentis, ideoque huius abstractio est tantum quo ad esse, non quo ad rationem quiditativam.

Ad 2. Nego assumptionem: pendet enim accidens à substantia, & quo ad existentiam, & quo ad differentiã constitutivam.

Ad 3. Respondeo per distinctionem ad propositionem. Si quid habeat propriam differentiam, quæ non sumitur ab externo aliquo, id potest sine additamento definiri. Sed secus est, cum rei differentia accipiuntur ab externo cuiusmodi sunt differentia accidentium. Manet igitur: accidentia posse tantum definiri per additamentum.

Verum potest etiam sic dici.

Accidentia definiuntur vel similiter substantiis nimirum quodita hoc seu essentialiter genere & forma propria cum qua interdum finis internus,



concurrit seu conspirat : vt
Grammatica est ars bene loquē-
di.

aVulgo coin-
 cidit.

His interdum additur Ma-
teria, praesertim ^{voulin} id est, intel-
ligibilis.

Vel definiuntur secundum,
quid seu ^{en τὸ ἐξ ὁρίσεως}, id est, ex ad-
ditamento seu oppositione.
Imperfecte fere ex appositione
vel subiecti, id est, eius in quo
sunt, vel cause, id est, eius a quo
proueniunt, vt effectus Acci-
dentia enim qua ^{αιπατὴ} sunt,
id est effectus, vt dicuntur ef-
se, ^{αιτίῳ}, i. ipsius causæ : sic per
causam cognoscuntur: & qua
sunt adiuncta, vt esse dicuntur
in subiecto, sic per subiectum

CO-

cognoscuntur & seipsis seu sine subiecto non intelliguntur) *perfecte vero ex appositione subiecti & cause simul.*

Additamentum seu appositionem dicimus aliquid quiditati externum.

Definitio igitur per additamentum est in qua ponitur aliquid quod est extra essentiam definiti.

EXPLICATIO.

Accidentium quæ definiuntur ex *ἐκ περιεσσεως* qualia sunt propria quæ demonstrari possunt, definitiones perfectæ constant ex genere subiecto proprio, & externa causa, vel vtraque vel altera tantum.

Subiectum est hic loco materiæ, genus tenet locum formæ.

Notandum autem hic præterea est, quod doctissimus Zabarella *in poster. Analit. 2. docet*, accidentis essentialem definitionem constare ex genere & subiecto proprie ut *Tonitru est sonus in nube. Eclipsis est priuatio luminis in luna. Vox est sermo ex ore animalis.*

*Accidentia
pendent ab
externis cau-
sis, ut est à
causis extra
eorum essen-
tiam positis.*

Sed has physicorum horum accidentium definitiones re vera esse nominales, nec esse perfectas eo quod animus sapientis in eis non acquiescat. (Pendet enim essentia accidentis à causa externa, diuersa ab ipsa essentia.) Itaque addendam esse causam inhærentiæ illius formæ in subiecta illa materia.

Morbus accidens est, eget itaque aliqua perfectione, quæ subiectum est. Idcirco necesse est in eius definitione dici, quod sit constitutio præter naturam, sensibilibiter lædens operationes corporis vita præditi.

Sed ad definitionem accidentis seu accidentalis formæ requiritur etiã causa efficiens, ut accidens à forma substantiali discriminetur. Substantialis enim forma inest materiæ sine vlllo medio,

ncc

nec pendet ab externa aliqua causa, sed ita se habet, vt simul sit essentia & causa rei in substantia. Accidens vero producitur ab externa causa, quæ ab essentia accidentis diuersa est. Non igitur animus acquiescit in cognitione quiditatis morbi, vt accidentis nisi etiam cognoscat causam quiditatis, quæ est causa efficiens seu morbifica. Itaque definitur obstructio Hepatis, angustia morbose Hepatis, proueniens ab humore meatus hepatis replente: Ulcus hepatis solutio vnitati hepatis ex erosione orta.

Hypopyon, tumor sub cornea oculi tunica, ortus à materia purulenta.

Hypochoyis seu suffusio exquisita, obstructio foraminis rhagocidis, proueniens ab humore excrementitio.

Strabism⁹, inæqualitas visionis oculorum, dependens à motu præter naturam musculorum motiuorum.

Hydrops est tumor inferioris ventris (id est vniuersi abdominis) procedens à serosa materia. Talibus definitionibus vtitur Hieronymus Capivaccius in Medicina Practica ad explican-

dos corporis humani Affectus.

Interdum etiam finis adiicitur, ut, Perturbatio est motio appetentis sensuum facultatis & spirituum cordis ab obiecto quod per vim imaginationem vel iucundum vel molestum nobis apparet, ad molestiam vitandam vel iucunditatem fruendam. Piccol hominçi definitio est ex Aristotele collecta, sola suarum partium positione à demōstratione distincta. *De materia virtutū gradu* l. c. 6.

Perfectæ igitur Aristotelis definitiones sunt Tonitru est sonus in nube ppter extinctionem ignis seu est sonus in nubibus ex earum inter se collisione natus. Eclipsis est priuatio luminis in Luna ob terræ inter ipsam & solem interpositionem ex diametro factâ. Quæ definitiones dicuntur cōpositæ ex causali & a essentiali & superiores harum ratione dicuntur nominales, hoc est, nominis tantum significationem exprimentes. Etsi enim essentiam declarent: tamen quia essentiam ab externa causa (ut efficiente) pendentem proferunt sine expressione causæ huius, nō bene

Vocant compositas ex essentiali & causali.

Intellige Eclipsin proprie
surprip

Intellige illam quā dixi re ipsa esse nominalem.

bene pleneque ipsam essentiam decl-
rant, Capiuaccius nominat Formales à
potiori parte.

Perfectæ definitionis hoc quoq; ex-
emplum est: Ira est cupiditas vindictæ
proueniens à tristitia cordis fauorem
excitante.

Huc refero hanc Grammat. Declinatio est flexio nominis per casus &
hanc Theolog. Contritio est dolor cor-
dis de peccatis cum abiectiõne mali pro-
positi ortus ex agnitione iræ Dei.

πάθος (pas-
sio) non po-
tèst definirì

ἀντιπεπρω-
σός (pati-
ente)

Absolutissi-
me definitio-
nes.

Perfectarum definitionum, quæ præter ge-
nitis subiectum & efficientem habent etiam si-
nem, exempla sunt, Pulsus, Nutritionis,
Auctionis, definitiones, Pulsus enim defi-
nitur à Galeno actio peculiaris primû
cordis deinde arteriarum quæ disten-
sione & contractione mouëtur à facul-
tate vitali, vt caloris innati mediocri-
tas conseruetur & spiritus animales gi-
gnantur in cerebro.

Vera accretio Zabarellæ est a motus
b vouentis corporis quo totum & o-
mnes partes secundum omnes simul
dimensiones extenduntur ad maiorẽ
quantitatem factus c ab anima per ca-

a Forma
b Materia in
qua.

c Efficiēs pri-
maria

d Efficiens se-
cundaria in-
strumenta-
lis.

e Materia ex
qua

f Finis propin-
quus.

g Finis remo-
tus & prae-
cipuus.

lorem naturalem ex^e alimento extrin-
secus assumpto & in maiores, cōsum-
ptis partibus partes substantię conuer-
sio, ^r vt ipsum viuens debitam sibi ma-
gnitudinem assequatur g ad exercen-
das omnes operationes vitæ. Forma hic
non tantum est in genere, quod est mo-
tus sed forma seu essentia accretionis
est motus extēnsionis ad maiorem quā-
tatem & totius & partium omnium
secundum omnes simul dimensiones.

Echo est ingeminatio primi soni,
quæ tum existit cum in locis concauis
vel concameratis aer violenter repul-
sus in solidum corpus impingit ab eo-
que statim in cōtrariam partem repul-
sus in aliud atq; aliud solidum corpus
incurrens sæpe repellitur: Hæc perfe-
cta definitio est. *Si tantum dicas, est primi
soni ingeminatio, definitio est ὀνομασία.*
Propria & perfecta Amicitie definitio
Piccolhomineo est proborum homi-
num mutuus conspicuus confirmatus-
que amor ex probitatis cognitione cō-
gruens ad vitæ honestæ cōiunctionum
perducens. Forma est in mutuo con-
spicuo confirmatoque amore. Subie-
ctum

Etum sunt probi homines. Efficiens
probitatis cognitio Finis vitæ coniun-
ctio.

Porro sub propriis Accidentibus ac-
cipite etiam propria *πάθη* cum Zabarel-
la: inter quæ tamen Schegkiani sic di-
stinguunt: Proprium *πάθος* describitur
δυναμει seu potentia in fita. Proprium au-
tem accidens describitur *ἐνεργεία* seu a-
ctu illius *δυναμειως* seu potentia secundo,
qui tantum aliquando vel ratione etiã
loci inest: vt potentia contradictionis
in materia est proprium materiae *πάθος*.
At ipsa *ἐνεργητικὴ* seu actualis susceptio
contradictionis proprium est illius
accidens, loco & tempore circum-
scriptum, quo cognoscitur proprium
πάθος seu affectionem inherere mate-
riae.

*In quorundam proprium accidentium de-
finitione τῶν τῶν subiectum omittitur quia ani-
mo præcipitur vt satis notum, vel quia accide-
ntia illa definitum & nominatum subiectum
non habent. Itaque sic dici potest: Acci-
dentia quæ sine subiecto intelligi ne-
queunt non possunt definiiri sine men-
tione subiecti.*

Hoc vulgo
dicitur præ-
supponitur.

Non omnia
τῶν τῶν defi-
niri possunt
subiecto enim
interdum sit
ignotum &
ἐν τῶν τῶν.

Talia sunt simum Risibile & similia
οὐδεδυνασμένα hoc est concreta illud nasi
 hoc hominis *πάθος* seu affectio. Simum
 igitur in definitione sui accipit nasum
 Risibile hominem, Accidentia enim
 propria accipiunt in definitionib. suis
 proprium subiectum Restringe hoc ad
 accidentia propria ea quæ simpliciter
 prædicantur de subiecto quale est simū.

*Id est sepa-
 ratim distin-
 ctè solita-
 rie seorsum.*

*Id est coniū-
 ctim & simul
 ut rectum &
 curuum de
 linea.*

*Nam accidentia quæ & ambo de subiecto
 prædicantur in suis definitionibus non accipi-
 unt propriū subiectum, sed genus proprii sub-
 iecti: ut par & impar, sunt proprietates
 duarum specierum numeri, quæ spe-
 cies nominibus propriis destituuntur:
 itaq; eas significamus nominib. pprie-
 tatum ac parem & imparem numerum
 species numeri dicimus: Iccirco in de-
 finitionibus harum proprietatum non
 potes proprium subiectum sumere (ni-
 si forte idem per se ipsum definire velis
 quod vitiosum esse quis nescit?) quia
 subiectum nullo alio nomine appella-
 tur quam proprietatis. Loco igitur
 subiecti proprii sumis genus ipsius, ut
 numerum in definitione paris. Dicis e-
 nim par est numerus in duo æqualia
 divi-*

diuisibilis. Idem facis in definitione imparis. Hic Scholastici & alij hanc tradunt distinctionem. Cum accidentia abstractis significantur, ponendum est subiectum casu obliquo vt Simitas est *nasi curuitas*. *χολεία* id est, clauditas est *cruris curuitas inaequalitasue*.

Cum à concretis nominibus significantur, subiectum adhibendum est in casu recto. Simum est *nasus curuus*. Seu simum est *nasus* in quo est depressa cavitatis. Alij docent sic: Propria *πάθη* in definitionem recipiunt genera suorum subiectorum seu *πεπονητότων*, vt mutabile est corpus, cui primo inest potentia contradictionis.

Mutabile esse est proprium *πάθος* rei naturalis quod immediati inest suo subiecto Generis expers. Reducitur tamē ad genus sui subiecti. Capax disciplinae est animal, cui primo inest, vt scientiis possit informari propter facultatem Logicam.

Iacob Schegk. 5. Topic. loc. 14.

Schegk. 6. Topic. sedis ad animal addit vocem tale citra necessitatem. Ecce vero proprii πάθος, quod παράνομον est (id est concretum) genus est substantia?

H

Respondetur: proprium tale ad genus sui subiecti reducitur (i. ad substantiam) cum genere careat? seu: In eodem prædicamento reductiue proprium tale *πάθος*, collocatur, in quo subiectum proprii. Iam vero capax disciplinæ est proprium paronymum carens genere. Capax igitur disciplinæ in eadem est Categoria in qua homo & animal. Itaque capax disciplinæ pro genere asciscit genus subiecti sui *vide Schegk. 5. Topic. loco 14.*

Sit Sencinas *lib. 7. Metaph. q. 6.* Quando accidentia definiuntur in abstracto ponitur subiectum loco differentia: vt simitas est nasi curuitas. Quando in concreto ponitur subiectum loco generis: vt simum est nasus curuus. Quia accidentia in concreto significant ad medium substantiarum compositarum, hoc est, significant formam in materia. Substantia autem compositæ ita definiuntur: vt in iis accipiatur genus à materia & differentia à forma. At cum accidentia definiuntur in abstracto non significant formam in materia, sed formam simplicem & absolutam, ideoque non potest

test in eorum definitione sumi genus à materia sed sumitur ex modo essendi.

CENSURA.

Sed tamen iudicandum est, tales definitiones esse ὀνομαστικές & populares seu pignioris Minerve non exactas.

Subiectum n. non est Genus : & αἰεὶ βῶς loquendo proprium re ipsa est alterius Categoriae quam substantia, cū accidens & substantia dissentiant ita, vt substantia non sit accidens, nec accidens substantia. Et verbi gratia cum dicitur simum esse nasus, in quo sit depressa cavitas, hac explicatione non vnà res, quid sit intelligitur, sed duabus rebus, quid vno nomine significetur, declaratur. Sic vulgaris & nominalis definitio est Venti, cum dicitur esse aer agitatus. Aer enim proprie subiectum est venti, non genus. Et Ægroti, cum dicitur esse animal cui inest morbus. Vide Schegk. 4. topic. loco 63.

H 2

Exempla non expressi, seu ut vulgo loquuntur, subintellecti subiecti, in quo sunt. Sonus est qualitas obiecta auditui ex occurru seu percussione corporum orta: Pœnitentia est dolor de peccato cum adiuncto proposito melioris vitæ. Hic ὑπακυσίον (subaudiendum) subiectum cor, dolor scilicet cordis. Diminutio est insitæ magnitudinis decessio. Accretio & insitæ magnitudinis accessio. Hic corpus sub voce IN S I T Æ intelligit. Sunt autem hi λόγοι ἐννοηματικοί: id est definitiones nominales.

*Definitio à genere, Effecto, & sine forma ample
20.*

Efficiens in genere nonnunquam intelligitur: ut Virtus est habitus inclinans voluntatem ad agendum secundum rectam rationem. Hic efficiens virtutis in Habitu intelligitur, vel ut manifesta negligitur, ut passio est actionis in patiente receptio. (Actionis scilicet agentis.)

Materiæ ex qua interdum hi cum subiecto conspirat. ut sermo est dispositio vocum articularum ad interpretandum animum. Subiectum & efficiens organi cum hic concurrunt: ut in definitione visionis oculus, & est instrumentum, Quo, & subiectum, I N Q V O fit.


In

*In Mathesi definitiones accidentium perfectæ sunt sine additione efficientis: ut punctum est signum in magnitudine prorsus indiuiduum. Centrum est punctum in figura medium. Diameter est recta linea inscripta figuræ per centrum in his exemplis expressa sunt subiecta. Aliquando accidentia utcumque describuntur, ut commune accidens, quia *ἀόριστον* est, id est, eius subiectum est incertum.*

Quædam accidentia ita definiuntur, ut in definitionibus suis includam quæ quidem non sunt ipsa, sed tamen sine ipsis non possunt esse.

Hoc modo virtus moralis à Philo-
pho definitur esse habitus cum recte
ratione coniunctus, id est, cum scien-
tia rerum agendarum siue prudentia
quãuis non sit illa ipsa scientia seu pru-
dentia. Causa enim perficiens
non est ille ipsemet
effectus

TABVLA ACCIDENTIVM.



QVARTA PARS DE IIS, QVAE
definitionem non admittunt.

Id est cōmu-
nissima prae-
dicata, q̄ ad o-
mnia alia cō-
sequuntur, seu
ea quae supra
genera sum-
ma sunt. Ho-
rum quales

TRanscendentia non pos-
sunt definiri. Genus enim
non habent.

Exemplo sunt Res, Ens, vnum, Bo-
num

num, intellige autem non posse Transcendentia defini realiter. Definiuntur tantum nominaliter vel qualitercunque describuntur. *Quiditas entis est eius abstractum scilicet esse essentia, entitas.* Scalig. ex 65. sect.

*quales descri-
ptiunculas
vide in 1. phi-
losophica.*

Reciproca) Dicuntur quarti modi. Hæc simpliciter conuertuntur cū subiectis suis & semper insunt vt posse in supremum locum euolare igni semper inest, vt homini posse ridere *Schegkius hoc vocat proprium, τὰ δὲ οὐδ'.*

Non reciproca) Hæc *πότε* non *ἀεί* hoc est temporis & loci ratione, non semper insunt: vt sursum ferri igni, ridere homini. Hæc tantum conuertuntur cum subiectis suis conuersione per accidens vt ignis sursum fertur. Ergo aliquid quod fertur sursum est ignis, *Schegkius vocat proprium accidens.*

Simplicia) Vt esse in loco, esse in tempore

Composita) Composita ex oppositis sunt quæ per compositionem fiunt reciproca, seu quorum singulæ partes seorsum sumptæ cum subiecto non recurrunt: *vt omne animal aut sanum egrum*

est: omne corpus secundum rectam lineam mobile est aut leue aut graue.

Simplicia contraria) vt posse moueri est simplex & reciprocum proprium corporis naturalis & habet contrarium, seu particeps est contrarij quod itidem est reciprocum cum naturali corpore, videlicet quiescere. *Vt enim omne naturale corpus principium internum habet gratia cuius moueri, ita etiam gratia cuius quiescere posse dicitur, habet.*

Expertia contrarii propria) vt esse in loco, esse in tempore.

Cum propriae cause accidentium non semper nobis nota sint, quandoque pro iis in definitione accidentis sumuntur effecta earum, vt differentia. Sic visum congregare & disgregare sunt differentiae colorum, quae efficiuntur ex abundantia & paucitate luminis, ex qua diuersae species colorum existunt.

II.

Summa genera vt substantia, accidens, non possunt definirī, sed describi: vt substantia

tia

Substantia est ens per se subsistens.

Summa genera definiri non possunt, quia genus proprie dictum non habet. Summa enim non essent si supra se genus haberent (simpliciter summum esse, & aliquid tamen supra se habere est unum ex iis, qua perimunt seipsa) *Ens non esse, etsi in Quid hoc est essentialiter predicatur, proprie dictum genus, ex eo patet, quod principaliter ut primo substantia consequenter autem accidentia significat Aristot. 1. Metaphysi. teste, prater ea nihil quod per se genus est, proprie predicatur de suis differentiis. Ens autem de omni re predicatur. Ergo ens per se non est genus, sed plura de hoc alibi peripatetica disciplina candidatis & subtilitatum pura philosophia alumnis tradidi.*

Paucissimae substantiae satis *κρείως* & perfecte definiri possunt.

In causa est formae obscuritas.

Scaliger. exercit. 307. sect. 12. Nego tibi ullam esse formam nobis notam plane & plene nostramque (dico) scientiam esse umbram in sole.

Formarum cognitio est rudis confusa, nec nisi per *ἀεὶσάσεις*. Neque verum est formae substantialis speciem recipi in in-

Substantia est primum ens & maxime ens. Accidentia autem sunt secundario entia. Perfectio tanta est quantum fert caput noster. Substantia species non penetrat in



*in intellectu.
quia nunquam
fuit in sensu*

tellectum. Non enim in sensu vnquam fuit. Nomina tu lapidis, qui quotidie oculis tuis obuersatur, formã, & *Phyllida solus habeto*. Hinc stellarum, elementorum, plantarum, animantium, lapidum ὑπογεγραμμενὰ seu descriptiones. Et exercitatione alia puto, inquit grauitatẽ esse terræ proprium accidens. Formæ autem essentiam latere nos, quemadmodũ & alias multas ac forasse omnes. in magno enim periculo versamur, ne nullam veram definitionem teneamus: ne nostra scientia repat humi per tenebras circa sola accidentia. Et alia: latent rerum species in profundissima caligine inscitix humanæ. Licet mihi hic exclamare: *O cæcas hominum mentes o lucis egenas.*

3. Nullum vere singulare potest definiri (*intellige seu proprie essentialiter.*)

Dico vere. *Quia cum Aristoteles 2. poster. Analyt. context. 17. dicit* Facilius definiri singulare, quam vniuersale, intelligit non proprie singulare, sed minus vniuersale, id est, vult exempli causa, facilius definiri hominem, quam animal, herbam, quam plantam. Multo enim

enim plura, magisque diuersa inter se magis vniuersali subiiciuntur, quam minus vniuersali. Et, quæ singularibus insunt, communia, sunt magis perspicua, quam quæ insunt iis, quæ sunt singularibus proxima. Ac cū intellectus intelligat res abstrahendo à singularibus, hominis vel herbæ (exempli causa) facilius est ἀφαίρεσις seu χωρισμὸς id est, abstractio & separatio quā animalis vel plantæ.

Homo enim abstrahitur ab indiuiduis, quorum maxima est conuenientia & similitudo: Animal vero abstrahendum est & à Catone, Paulo & cæteris & ab homine.

Idem iudica de Herba & planta, & vide, si placet. Pererium lib. 3. de via & ordine doctrinae Physicæ pag. 152. Porro vere singulare definirique inquit, vel quia non differunt singularia secundum differentias essentielles ut placet Saonarola ex Porphyrio: vel quia differentia eorum essentielles à nobis exprimi non possunt, ut videtur Scaligero.

4. Cum definitio haberi non potest, loco ei.

us potest esse diuisio, vt cum in doctrina Astronomiæ dies diuiditur in naturalem & artificialem. Vide in 1. Offi. Cic. diuisionem officii. Simpliciter n. homonyma vna definitione contineri explicariq; non posse supra dictum est. Itaq; ea pro definitione in significata sua distinguimus: Peccatur hic, cum dies primum definitur presse, & mox subiungitur diuisio diei talis, vt alterum mēbrum in definitione illa diei non sit comprehensum, quod in quibusdam libellis sphaericis factum videmus.

5. Definitiones & descriptiones cum non sunt ex instituto, sunt, liberiores. vt corpus artificiosum est: quod est ab Apelle pictum, à Crisippo fictum, à Cyro ædificatum, aut ab aliquo artifice compositum. Ramus lib. de relig. 4. sufficere potest Quod ab artifice aliquo compositum est.

PRÆ.

PRÆCLARISSIMO
IVRECONSULTO HERMANNO
VULTEIO, Rodolph. Gocl. S.

VERSANTI mihi hoc tempore in institutis decretisque artis definiendi Hermanne vultei vir omnibus rebus præcellentissime. amice & Collega mihi suspiriende occurrit tua definitio Feusii in qua ad genus usus fructus adiecisti Syncategorema Quidam visa est ea cuidam mecum de variis conferenti, aduersa esse legi horistica qua est: Particularia signa definitionem ne ingrediuntur.

Lex hac sumpta est ex organo Aristotelico & laudat eam Franciscus Piccolhomineus gradu secundo de principiis virtutum cap. 18.

Verum ego Canonem huic exceptionem addendam esse censeo, ad quam tuam definitionem, qua mihi, ut vera, ingeniosa, & logica probatur, refero.

Causam probationis nonnullam habes in paginis hisce ex tuis monumentis descripta. Ad quam accedit quod Piccolhomineus capite præcedente definit instinctum naturam internam quandam commotionem sequentem animam eius animalis, ut natura est, cui a tanquam Tanquam causa secunda inseruit cognitio. Et à Cels. Mansa secunda res

dūdat in defi-
nitione hac.
Quia voces
logicæ non in-
grediuntur
definitionem
primorum
conceptuum.

cinio, (ni si forte. me fugit ratio,) recte defi-
nitum est perspicuum seu pellucidum natura
quædam & potestas corporis qua colorum est
δεξιόν: seu natura quædam colore visibilis
quem apta nata est recipere, ex se invisibilis.

Quid? quod & ipse Aristoteles 2. Physic.
context. 3. definit, naturam principium quod-
dam seu aliquod & causam, cur moveatur &
quiescat illud in quo est &c.

Sed hic ego agnosco redundantiã græcam,
& cum latinis interpretibus dico simpliciter.
Natura est principium & causa &c.

Ita Piccolhomineus iudicat, particulare si-
gnum Quoddam hic non debere censerì par-
tem definitionis naturæ sed solum fuisse appo-
situm, ut indicaretur superaddendas esse dif-
ferentias, veluti si diceremus, homo est ani-
mal quoddam, rationale nanque & mortale:
gradu secundo de principiis cap. 18. (quomodo
forte etiam hoc Schegkii in Topicis accipi pos-
sit: esse mutabile est corpus quoddam cui pri-
mo insit potentia contradictionis: nisi forte
QUODDAM pro T Ale dictum dicas.) At
Zimara sentit, Philosophum non dixisse abso-
lute naturam esse principium, sed ad principium
addidisse QUODDAM, ob ea quæ fiunt ab
humana mente.

Ita

Ita hac definitio exceptionis à Regula exemplum fuerit. Sed exceptionis illustra duo exempla sunt physica, in pagellis quas ad te mitto, eaque congruentia ac germana tua definitioni: cuius mēbrum ususfructus Quidā, ut latius fufiusque mihi declares humaniter à terogo. Emuseo 27. Martij Ann. vnde sexcentes.

*Responsio Hermannii
Vultei.*

CLARISSIMO VIRO
D. MAG. RODOLPHO GOGLE-
nio Philosopho & Decano ami-
co & Collegæ suo hono-
rando.

CLARISSIME Domine Gotleni, a-
mice & Collega plurimum honorande:
Scire à me cupis quomodo syncategorema feu-
di definitioni additum defendam. Tem-
pore circumscribor, ut non possim tam accu-
rate, quam velim. Et tamen inseruiendum
est tibi à me priuatim, qui publice inseruis
multis.

Regulam siue canona ex omnium Philoso-

phorum sententia statuisti recte. Exceptionē
 illi addis, quam declaras exemplo uno de pro-
 pro ex foro tuo, id ē, philosophico: alterum vi-
 deo te mutuatum esse à Jurisconsultis, sed quid
 Jurisconsultos dico, id fortasse à me solo. Qui e-
 nim ita feudum definiuerit, Imo ut feci ego,
 equidem scio neminem: & vero tu etiā me i-
 psam definitionis illius autorem laudas aper-
 te. Sum vere adhuc & persto in eadem à me
 proposita definitione, non admodum sollicitus
 quid videatur aliis. Scio enim illam esse ve-
 rissimam, nec pure facile meliorem & naturae
 rei aptiorem dari posse, à qua etiam commu-
 nis Jurisconsultorum schola non omnino ab-
 horret, quod ipsum tu etiam nouisti recte.
 Est enim hoc interpretum nostrorum com-
 mune placitum feudum esse instar ususfru-
 ctus, quod etiam probatur per textum iuris
 feudalis in c. 1. in fine in quibus caus. feud. a-
 mitt. Atque inde mihi cogitatio subiit syn-
 categorēmata illius QUIDAM in feudi defi-
 nitione utendi. Nam ut in definiendo sim in-
 terdū rigidior, hoc tamē ago semper ut à tex-
 tibus iuris & interpretum placis abscedam
 quantum eius fieri potest, quam proxime. Sed
 ne arbitreris à me in Canona à te positum ex
 sententia Philosophorum peccatum esse ita
 ha.

habe. Animadvertisse mihi videor non esse eandem rerum, quæ definiuntur conditionem. Res enim quedam ita se habent à natura, quedam sunt ex impositione hominum. Illæ semper certæ sunt, nec ullo casu aut voluntate humana mutantur, ut mirum non sit eas ad naturæ ac proinde ad definiendi leges examinari & quidem etiam posse. Non idem est in his. Vt enim ex hominum impositione atq; adeo voluntate tales sunt, ita mutantur pro voluntate & libidine hominum, quæ plerunq; est incerta. Itaque vides quam hæres non admittant, aut non patiantur sese constringi legibus horisticis. Nam quæ modo fuit definitio certæ mox est altera, ut vel amplior fiat vel angustior. Atque hoc illud est quod Iavolenus Iurisconsultus dicebat; omnem definitionem in iure civili periculosam esse: parum esse enim, ut non subverti possit. l. omnis definitio 102. ff. de requis. iur. ubi definitionem cur non interpretemur de definitione proprie accepta sed de regula, quod fecerunt recetiores interpretes, equidem non video rationem ullam. Neque tamen mi Gocleni existimabis nullam esse definitionum rerum quæ tales sunt ex impositione certitudinem. Imo est certitudo, & sunt illæ, dum res, quæ definiuntur, sunt in eo statu,

catholica. Exēplo sit *ususfructus*. *Usumfr.* Paulus Iuriscōsultus definit ius utēdi reb. alterius salua rerū substātia in l. 1. ff. de *usufr.* q̄ eandem definitionē retulit & secut^o ē Iustini. in prin. Inst. de *usufr.* eiusmodi ē *ususfruct^o* ex impositione hominū. Quod si velit Imperator rē in qua est *ususfructus* utēdo absumi posse, ita ut salua nō maneat. En subuersa ē definitio & tamē hac fuit usq̄ ad iuris istius immutationem catholica nec ullus *usu fr.* dari potuit, de quo definitio illa nō esset vera: & q̄ ius illud immutatū nō ē, definitio illa adhuc ē vera: Est tamē quod in definitione illa desiderē, pro genere n. ponitur ius, quod ē remotius, propius genus ē *Seruitus Personalis*, quod ē extra cōtrouersiam *Vitiosum* autē est in definiēdo assumere genus remotius & relinquere siue omittere propius. *Usumfr.* igitur est q̄dē ius, sed ē eiusmodi ius, quod dicitur *seruitus p̄sonalis*, ut *Logica* *usufr.* definitio sit, *ususfructus* ē *seruit^o p̄sonalis* re aliēa utēdi fruēdi salua rei substātia. Tāetsi vox *Aliena* omitti possit, ut sup̄flua, si q̄dē cum *seruitutē* dico eo ipso dico rē esse alienā, in qua ut in suo subiecto *seruitus* illa horret. Ita *usufr.* Dominus ē *seruitutis* nō rei q̄ *seruitutem* *ususfruct.* debet. Atq̄ ita quidē iuri Iustiniano *usufr.* ē cognitus. Eidē nō est cognitu feudum. Feudum n. multo tempore post Iss-

Justinianum cepit. Feudum itaque non potest esse species ususfructus Iustinianei: & tamen definitio ususfructus à Paulo & Iustiniano tradita feudo conuenit, sed non item definitio ususfructus vera, in qua propius genus nimirum **SERVITVS PERSONALIS** assumitur & vero in iure Iustiniano nullum aliud usumfructum quàm hunc agnoscimus. Accessit itaque postea quoddam ususfructus species, nimirum feudum. Vbi itidem videor mihi obseruasse aliud à rebus naturalibus. In natura species omnes simul sit cum suo genere: id non est in rebus, quæ sunt ex impositione hominum, quippe ex longis et interuallis subinde speciebus aliis atque aliis accedentibus prioribus. Cum igitur feudum sit ususfructus, & tamè ab usufructu, de quo tractatur in iure Iustiniano alius, & vero cõpetat ei nihilominus definitur à Paulo & Iust. tradita, ne quis existimata feudum singulariter sine categor. aliquo definiendo usufruct. cõstitui seruitutem ponendam omnino sine categor. ma illud addendum fuit. Quod sine categor. ma non tantum est generis siue materiae, sed et differentie siue formæ, atque ita de utroque participans. Est igitur usufructus quidam qui non est seruitus, qui iuri Iustiniano est incognitus hodie iurisconsultis notissimus.

Hic autem est feudum, cuius forma completur verbis illis in re immobili (nā Iustinianus usufructus esse potest in re mobili) sub conditione fidei. In genere est omne quod est in speciebus sub genere contentis, quomodo in animali inest in dūāper rationale & irrationale, eo ipso quod ipsi insunt species, quib. hac, cuique tamen suum, insunt. In usufructu Iustiniano non est utrumque Condicio fidei & non conditio fidei, sed non conditio fidei duntaxat. Non est igitur feudum usufructus Iustiniani species, sicuti nec species esse potuit, cū tempore Iustiniani non fuerit: postea hac species accessit usufructui, sed non Iustiniano. Quare ne confusio fieret iurium Syncategoremate proprietas illa ostendenda fuit. Simile quid fecit Iustinianus in §. 6. Insti. de legat. vbi definit legatū, quod sit donatio quedā à defuncto relicta ab herede præstanda. Et huius definitionis Syncategorema appositissime mihi videtur interpretatus, Cuiacius in Parati. ff. de legat. 1. cum ita ait. Et recte QVÆDAM, id est, proprii generis donatio, neque donatio inter viuos, neque donatio causa mortis, quomodo syncategorema illud etiam capitur in l. rogasti ff. de præscript. verb. & in l. 1. ff. de obligat. & act. Ita
 feu-

feudum est ususfructus, sed non generis illius
 ususfructus de quo agit Iustinianus, sed gene-
 ris cuiusdam proprii, quod longo post Iustinia-
 num tempore cogit. Certe si exemplum è foro
 tuo depromptum verum est, de quo tamen ha-
 tenus dubitavi, an in physicis exemplum da-
 re possit istiusmodi, multo magis hoc proce-
 det iuridicum. Neque ultro quid intersit cum
 dicis. Esse mutabile est corpus QVOD-
 DAM &c. & esse mutabile est corpus TALE.
 Nam & hac vox in effectu est syncategorema-
 tica, ut illa. Vides mi Gocleni, quam libere
 & candidè agam. Potuissè fortasse addere
 plura, nisi tempore circumscriberer, sed tamè
 quia hæc res digna est, in quam cogitationes
 conferantur ulterius, cogitabo & ipse ulterius,
 atque si quid mihi acciderit, faciam ut
 scias. Quod si hæc tibi suffecerint gratulabor
 mihi à me tanto Philosopho satisfactum, sin-
 minus ferre possum, ut ad me venias. Dabit
 fortasse aliquid collatio nostra, quod huic dis-
 putationi erit commodum. Oblivio me rerum
 istarum cepit in totum, dum ultra annos vi-
 ginti non modum tractandi res, sed res ipsas
 tracto. Quare si quid mihi excidit à foro tuo
 Philosophico alienum, in meliorem partem
 pro singulari tuo candore & sinceritate acci-

pies, & ita senties, reminiscencia, de qua nuper nobis erant sermones iocosi, mihi opus esse. Tui autem causa quiduis velim. Vale mi Goeleni Philosophorum decus, & me ama, constat tibi mea mutua. E museo meo calamo currēte horris vespertinis, nocte precipitante A. D. XXVIII. Martij Anno M. D. XCIX.

Tui amantiſs. Vulteiſs.

Resp. Rod. Goc.

A Diudicium tuum, acutiſs. Vultei meam sententiam aggrego & amplector, quod de voce. Tale & censet & mones: Nam Schegkius quoque cum definiſſet capax disciplina Animal Tale, cui primo inest, ut disciplinis informari posset, propter facultatem Logicam subiecit statim definitionem tã esse mutabile nimirum corpus quoddam cui primo duobus vocibus antiquatissimis inſit: ut videatur tantum hic voces permutasse.

Neutram autem voculam necessario ab eo adhibitam apparet ex tertio exemplo, quod his, nullo interposito subiungit. Habere tres duobus rectis aequales angulos est esse figuram, cui proprie inest ut tres interni anguli sint æqua-

qua-

quales duobus interno scilicet & externo an-
 gulis. Hic nec dicit Philosophus figuram talem,
 cui, nec figuram quandam, cui, sed simpli-
 citer, figuram cui. Redundantia tamen vocis
 Talis est paulo occultior, quam vocis Quidam,
 & locum habere potest, vox Talis ubi Qui-
 dam excluditur. Exempli causa, Melanthon
 definit primam figuram Talem ordinem pro-
 positionum, ut medius terminus sit subiectum
 in maiore & predicatum in minore. Hic non
 potest dici prima figuram est Quidam ordo
 propositionum ut &. At cur dici potest alte-
 rum. Quia qui dicit Talis ordo ut sit, nihil
 aliud dicit, quam ordo, quo vel in quo est. Sic
 cum Polano dicere, Syllogismus est questionis
 controuerse cum argumento. Talis dispositio
 ut propter argumentum legitime dispositum
 necessario concludatur. Nihil aliud est dicere
 quam hoc: Syllogismus est questionis contro-
 uerse dispositio qua concluditur &c. Præterea
 vox talis non redundat in assignatione diffe-
 rentia, cum respondet ei vox Qualis, ut si cum
 Melanthon in descriptione S. Sancti dicimus
 eum esse personam qua accendat in cordibus
 credentium tales motus qualis ipse est, id est
 congruentes seu conformes Deo. Vel cum ad-
 hibetur in reduplicatione necessaria vel pro-

babili, ut si dicam cum Aristotele, motus est
act^{us} mobilis, qua tale seu huiusmodi. Sed quor-
sum prouehor? Num fontes sitire somnio? Ec-
quid etiam γλαῦκος εἰς Ἀθήνας qui hæc ad te
λογικώτατον: didita per terras tua quod monu-
menta loquuntur: ut interim quasi poetam a-
gam. Δευτέρων ἀμεινόνων.

APPENDIX DE LEGI- bus distributio- nis.

CANON PRIMVS DISTRIBV- tionis.

*1. Regula de
Symbolis.* **D**ISTRIBVTIO debet fieri
*aptis ad docendum ver-
bis.*

*Reliquæ sunt
de re ipsa.*

*Itaque propriis potius, quam
modificatis. Et, Subiecta non
debent fieri membra partitio-
nis: ut,*

Medicina non recte diuiditur in
morbos & remedia. Theologiæ nõ pos-
sunt

sunt constitui partes duæ: Deus & opus Dei, cum hæc Theologiæ subiecta materies sit.

Quod si modificatum aliquando verbum in distributione adhibeatur, non debet illud esse durum aut minus significans. *Menti enim significari debent partes totius perspicue. Talia igitur quoque oportet esse symbola seu voces.*

II. CANON.

Distinctio, seu, ut Zabarella loquitur, divisio tum vocis, tum orationis ambiguae in multas significationes cum distributione rei non est confundenda.

Scientia propriæ est *περὶ γμάτων*: improprie *λόγων*. Homo modo & quidem pro-

prie dicitur de viuo, modo & quidem improprie dicitur de picto vel mortuo. Distinctiones hæ sunt æquiuocorum. Non igitur dicendum: *Alia scientia est rationum, aliarum rerum. Alii homines sunt viui, alii mortui.* Cum dico, *Dialecticam esse vel docentem vel operantem, distinguo vocem, non diuidorem in species.*

III. CANON.

Distributio debet esse adæquata distributo, seu exhaurire totum. Itaque

Distributio continebit partes nec totum excedentes, nec à toto deficientes. Et

Diuisio partis totius male tribuitur toti.

EXEMPLA.

Vitiosa igitur est distributio Logicæ in Apodicticam & Topicam.

Hic

Hic quod partis est, tribuitur toti. Vitiosa distributio: Secunda Logicæ partes sunt duæ Enuntiatio & Ratiocinatio. Ordo enim etiam integrantes Logicæ partes attingit.

Distributio igitur tum demum recte facta est, cum membra totum, quod distribuitur, adimplent. Partes namque omnes simul sumptæ totum illud, quod distributum est, constituunt.

Ratio canonis.

IV. CANON.

D*istributione complectitor plusve minus quam definitio. Seu?*

Distributio definitionem exæquato.

Incurrit igitur in reprehensionem, qui describit Philosophiam, studium cognitionis rerum omnium per suas causas, & postea diuidit eam in Philo-



540 RODOLPH. GOELEN.

sophiam Instrumentorum seu ὀργάνων & rerū seu ὀργάνων. Habet scilicet plus hæc distributio quam definitio, cum in hac instrumentalium disciplinarum nulla fiat mentio.

V. CANON.

Distributio debet constare partibus talibus, quæ toti insunt & cum eo consentiunt.

Itaque.

Pars non debet diuisimembrum interinere.

Itaque non est dicendum. Testamentorū aliud est verum, aliud falsum. Falsum enim non est testamentum cum non sit iusta sententia ultima voluntatis &c. Hominū alius est viuis, alius mortuus. Homo est verus vel pictus. Vectigal est licitum vel illicitum. Vitiosæ sunt distributiones. Illicitum non est dignandum nomine vectigalis, nec definitio vectigalis ius regale percipiendi redditus ex cōmerciis vel itinerib. hominum ei conuenit. Et:

Par-

Partes integrantes debent esse eiusdem ordinis ac natura cum toto quanto. ut:

Hoc cōfectariū est Zabarella

Logica agit de simplicibus terminis, *vel* enuntiato, & discursu, tum illatiuo (id est, syllogismo) tum ordine didascalico. Iā vero simplices termini sunt voces secundæ notionis ut genus, species &c.

Enuntiatio igitur etiam erit secunda notio, syllogismus itidem.

In prima philosophia distinguitur Ens in substantiam & accidens. Si igitur substantia ibi non est terminus logicus, nec accidens erit talis terminus. Ibidem accidentia dicuntur alia esse absoluta, alia respectiua. Absoluta ut Quantum & Quale. *Hic si Quantum non consideratur ut argumentum sed ut Ens, nec Relatum considerabitur, ut argumentum, sed ut Ens.*

In physica doctrina operatio intellectus est vel apprehensio simplicium, vel compositio vel diuisio vel dianoea. Si apprehensio simplicium est prima notio, seu vox ut loquuntur primæ intentionis, compositio quoque seu affirmatio in Physica erit primum νόημα

VI. CANON.

Partes autem debent esse inter se dissitæ seu dissentaneæ saltem ratione, ne una alteram includat.

EXPLICATIO.

Accuratissimæ quidē sunt distributiones, in quibus partes non solum ratione, sed etiam re dissentiunt. Sed cum id semper obtineri nequeat, nec fit simpliciter necessarium, aliquando Rationis dissensio distinctioque sufficit.

Non igitur est vitiosa diuisio, in qua triangulum & quadrangulum opponuntur. Licet enim insit in quadrangulo triangulum, inest tamen solum materialiter, non formaliter, & vt alia species figuræ. Ducta enim diametro quadrangulum in duo triangula, quæ
illius

illius partes sunt, diuiditur. Sic potest dari diuisio non vitiosa, in qua vnitas & multitudo opponuntur. In multitudine (vt quaternione) inest vnitas (vt etiam ternio) materialiter solum, non formaliter, quia vna tantum ibi est formalitas, qua vnus numerus fit qui dicitur, verbi gratia, quaternarius: itaque vna numeri species est. Resolutio compositi in sua principia seu causas internas, solet in scholis vocari distributio in partes essentielles materiã & formam. Sed materia & forma, non subiecto, sed λόγῳ & essentia differunt.

Si liberalitas genus est: & magnificentia species: in diuisione virtutum liberalitati magnificentia non est adiungenda.

Hermogenes facit septem dicendi formas, σαφήνειαν perspicuitatem μέγεθος amplitudinem, κάλλος pulcritudinem, ὑπερβολήν vehementiam, ἠθος ἀλήθειαν veritatem, δεινότητα aptam grauitatem. Vitiosa est hæc distributio: quia ἠθος in se continet ἀλήθειαν. Itaq;

Vitiosa est distributio, quæ habet mēbrum, E Scaligerō cui non contra respondet aliud, ideoq; non se deductum

cernitur ab alio per oppositam differentiam, ut: quatuor sunt dicendi genera, Breue, longum, medium, floridum. Distributio est vitiosa. Florido enim in ea nihil respondet. Non igitur separatur per oppositas differentias. Adde, quod floridum ut affectio incurrit in longum & medium. Nam tam longum quam medium floridum esse potest.

VII. CANON.

Cum specierum propria nomina nulla sunt, numeralibus ordinis appellantur, ut:

Troporum genera duo sunt: primum & secundum. Primum in Metonymia & Ironia. Sic diuisio generis non quidem vniuoci, quod eodem prorsus modo de omnibus speciebus dicitur: sed generis talis, quod de speciebus suis secundum prius & posterius & de vna magis, de alia minus dicitur, est in species. Substantia est duplex prima & secunda. Hic tamen si quis dicat pro prima substantia dici posse singularē seu indiuiduam

duam

duam substantiam, pro secunda vni-
uersalem, non repugnauerim admo-
dum.

VIII. CANON.

DISTRIBVTIO rei infini-
tæ prætermittitor.

Non recte igitur à vulgo Rhetorū
certa genera Metaphorę constituūtur,
puta ab elementis, à corporibus mix-
tis &c.

Sunt enim tot genera Metaphoræ,
quot rerum in natura. Imo à Deo ipso
etiam metaphora sumitur. *Sunt Meta-
phoræ quedam diuinæ, quedam logica, quedā
mathematica, quedam physica, quedā natu-
rales, æconomica, politica, militares, nautica,
æq; tamen genera hæc tam diffusa sunt, quin
plura possint inueniri. Quæ tametsi inter-
pretandis & retexendis autoribus uti-
liter citentur, in arte tamen locum nō
habent vt Schonerus ait in analysi, re-
thoricæ Talæi.*

Rei infinitæ) Talis distributio si in-
stituatur, nō est adæquata seu exequa-

K

ta distributo, hoc est, non est cum hoc reciproca. Vitiosa igitur.

IX. CANON.

IN membris distributionis Ordo didascalicus seruari debet: id est, id præponendū, quod cognitione prius est.

Dicendum igitur: prædicatio est vel naturalis, per se, directa: vel non naturalis, per accidens, indirecta. Magnitudo est imperfecta: linea & superficies: Vel perfecta: diuidua omnibus dimensionibus: Corpus. Non autem Magnitudo est perfecta vel imperfecta. Dicendum: Syllogismus est perfectus vel imperfectus. Non autem Syllogismus est imperfectus vel perfectus. Hic enim perfectum ratione cognitioneque est prius.

QVAESTIO IOAN. RHOD. LA-
uateri Tigurini Heluetij.

EXAMINANTI mihi, co-
lende præceptor, ad leges,
quas

quas publice tradidisti, definiendi, aliquam, multas definitiones, occurrunt hæ quoque I. *Sebastiani Verronis popularis mei in phys.*

Calor est qualitas calida. Frigus est qualitas frigida. II. *Petri Rami in Logic.* Definitio imperfecta est definitio ex aliis etiam argumentis rem definiens.

Tertia tua, in partitionibus primæ Philosophiæ. Substantia est ens per se, propria vi subsistens. Hæ in quâ iustum examen subire videntur I. enim, eum subiectum tantum calidum sit, puta ignis. Calor autem subiectum non sit, sed accidens subiecto qualitas, quomodo Calor potest esse calidus? Iam si calor non est calidus, quomodo defini potest qualitas calida?

II. Quomodo, quod dicit, *Definitio deficiens à τωτολογία excusari potest?* Et si ista definitio proba est, cur perfecta etiam definitio definitur à Ramo sic; *Perfecta definitio est definitio constans è solis causis essentialibus constituētibus, non autem sic: Perfe-*

Et definitio est definitio è solis causis essentiã constituentibus rem definiens. Profecto, si parium vnum fuerit, erit & reliquum.

III. Quomodo excusabis nugationem per se, propria vi? An non sufficiet dicere. substantia est ens per se subsistens? Vel: substantia est ens propria vi (vel sua vi) subsistens? Aueo hic, obseruande præceptor, audire tuũ iudiciũ, & ex te discere, an censura mea erret nec ne.

RESPONSIO.

Vt Scaliger: Argutari sapientem virũ minime decet: Sic ego: Argutari logicum docentem non decet. Itaque simpliciter sine sophistica ἐν τῶν ὑπαρχόντων tibi respõdens de primo prorsus tibi assentior. Vt enim non dicitur, Sapor est qualitas sapida: Color est qualitas colorata, Lux est qualitas lucida: Vox (quæ est qualitas ex percussione seu ictu aeris) est qualitas vocalis. Corpus est quantitas corporea. Ratio est, quia concretum non prædicatur de abstracto, nec formatum de forma. Ac vt princeps Hassiæ dicitur Clemens propter clementiam: ac clementia non dicitur Clemens. Sic aqua dicitur frigida propter frigus, at frigus frigidum vel qua-

qualitas frigida non dicitur, sed qualitas frige faciēs. Sic albedo non est alba, sed id, per quod res subiecta formaliter est alba.

De secundo etiam tuus sum. quod nimirum Ramus in ista definitione sit nugax seu τωτόλογος, cum dicere debuisset, *Est definitio ex aliis etiam argumentis re explicans*: Vel rectius, *est definitio ex aliis et argumentis constituta*. Similiter vitiosa est hæc: *Enuntiatio simplex est enuntiatio, qua una sententia enunciatur*. Dicendū erat: *est enuntiatio unius sententia*, vel per descriptionem: *est enuntiatio qua una sententia affirmatur vel negatur*.

3. De tertio sum tuus & non tuus, ut tute vis. Si phrasin per se referas, ad posteriorem definitionis seu prædicati partem subsistens, ut huius sit determinatio, vitiosa erit definitio propter redundantiam. Sufficiet enim propria vi, cum idem sit *quod per se*. Sin τὸ per se referas mecum ad quasi genus ens, priorē prædicati ac definitionis partem, vitio vacabit definitio.

Est autem substantia ens per se, sicut & Accidens est ens per se. Hic ens per

per se significat, quod est vnius generis rerum, seu ex vno rerum genere, seu quod vnius est essentiae: vt sunt homo, qui substantia est, & magnitudo, quæ quantitas est. Ac opponitur ei Ens per accidens, quod duas res complectitur, seu significat res diuersorū generum: vt *homo albus*. Alia est ratio, cum dicitur à Philosophis, substantiam esse ens per se, quantitatem aut qualitatem esse ens per accidens: Causam efficere per se aut per accidens. Tum enim per se idem est, quod propria vi: per accidens, idem quod aliena vi seu per & propter aliud. Alia denique est consideratio & per se, cum idem est cum Absoluto & opponitur Relato. Absolutum enim ens est, quod per se & est, & intelligitur ac definitur, id est, & esse quoddam habet, & intelligitur ac definitur absque respectu ad aliud: vt *homo lapis*. Relatum vero ens est, & cuius esse totum in respectu ad aliud consistit, & id est quod per se non collatum cum alio neque intelligitur neque definitur: vt *pater, limes*. Hæc ad te subito: laudans simul tuam diligentiam inquirendi in meas & aliorum


rum


DE RATIONE DEFIN. 551

rum definitiones, ac censuræ tuæ sub-
iiciens has quoque : causa ^a efficiens ^a *Nugatio*
procreans est causa, quæ efficit procre-
ando : ^b Comparatu sunt argumenta, ^b *Explicati-*
que inter se comparantur. Relata sunt, *uncula*
quæ ad se inuicem referuntur. B.V.

Sit Trinitati, sit Deo uni, Peren-
nis Gloria.

FINIS.





Fc 1245


X 220 2459


TA → d

WMA

und bittet







2

RODOLPHI
GOCCLENI,
 PHILOSOPHICI
 IN ILLVSTRI ACADEMIA
 MARPVRGENSI
 Professoris.

COMMENTARIOLVS
 De Ratione Definiendi.

IN VSV M ACADEMIÆ
 Marpurgensis.



E NOBILI
 FRANCOFVRTO, CVRAN-
 TE PALTHENIO.
Anno Christi M. DC.

